This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 779,477

08



Z
7026
.H29

Harless, Gottlieb Christoph

THEOPHILI CHRISTOPHORI HARLES

SUPPLEMENTA

AD

BREVIOREM NOTITIAM

LITTERATURAE ROMANAE

IN PRIMIS

SCRIPTORUM LATINORUM

CONTINUAVIT

CAROL. FRIDER. HENR. KLÜGLING.

PARS TERTIA

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXVII

John S. Lawrence Estate

at

5-6-1925

EXCELLENTISSIMO

ILLUSTRISSIMOQUE

DOMINO

DE SCHUCKMANN

AUGUSTISSIMI BORUSSORUM REGIS

A CONSILIIS SECRETIORIBUS ET INTERIORIS ADMINISTRATIONIS REIPUBLICAE

MINISTRO ECCLESIIS SCHOLISQUE REGIIS

PRAEFECTO CET.

VIRO LITERIS AMICO

LITERARUMQUE CULTORES TUENTI FOVENTI

REI SCHOLASTICAE REFORMATORI

OPTIME MERITO

HUNC LIBRUM

TANQUAM PIGNUS PII DEVOTIQUE ANIMI

SACRUM ESSE VULT

AUCTOR

PRAEFATIO.

Cum Notitiam breviorem Literaturae Romanae, a b. *Harlesio* editam, continuandam essem aggressus, princeps velut ac primarium mihi habendum existimavi officium, ut, quod dignum esset summis beati viri in hoc literarum genere meritis, opus lectoribus traderem. Itaque non solum id egi, ut eadem, qua excellunt *Harlesii* libri, literarum copia in hac quoque conspicua esset operis ejus continuatione, sed etiam ut ejusdem curae ac diligentiae in ea deprehenderentur vestigia, quam nemo non videt in omnibus *Harlesii* scriptis, quae ad antiquarum literarum pertinent historiam. Habebunt igitur lectores in hoc opusculo qualicunque meo non solum eorum librorum, ad auctores Romanos classicos pertinentium, qui inde ab initio hujus saeculi usque ad hunc diem prodiere, sed et eorum, qui b. auctoris nonnunquam fugerant sagacitatem ac diligentiam, spicilegium diligentissime curatissimeque, quantum fieri potuit, institutum. Nihilominus tamen unum alterumve librum mihi fortasse vel non innotuisse, vel memoriam meam effugisse, minime negaverim,

imo compluribus libris, quos Gallia, Italia et inprimis Britannia tulerit, hoc accidisse facile mihi persuadeo, cum exterorum illorum librorum catalogi rarissime ad nos deferantur. Hinc quoque factum est, ut, cum mea Anglicarum versionum notitia admodum manca esset et imperfecta, has versiones usquequaque omittere, atque lectores, qui illarum cognitionem cupient, ad cl. *Brüggemanni* librum *), cujus alterum mox proditurum fertur supplementum, ablegare, quam cum b. Harlesio, cui tamen praesto fuerit *Brüggemanni* liber, eas modo indicare, modo omnino praetermittere mallem. Diligentius vero Germanicas, Gallicas, Italicas atque nonnunquam adeo Danicas et Polonicas versiones notavi.

Ceterum in conscribendo hoc opusculo me a consilio et instituto b. *Harlesii* aliquantulum declinasse, lectores vel ne moniti quidem videbunt. Etenim cum praecipue atque adeo unice mihi curae esset, ut, quam traderem, librorum notitia non modo plena

*) *A View of the English Editions, Translations and Illustrations of the ancient Greek and Latin Authors with Remarks.* Stettini 1797. 8. Supplementum I. hujus libri prodiitib. 1801.

esset et accurata, sed et fructuosa et grata lectuque simul non injucunda: satius equidem judicavi, plurimorum librorum rationem, institutionem ac pretium modo fusius modo parcius describere, quam sterilem tantummodo eorum exhibere catalogum, quem vix in deliciis habeat nostra juventus. In dijudicandis autem scriptorum Romanorum editionibus id potissimum spectavi, num contextus scriptoris critice esset tractatus, an ex aliqua recensione expressus; num adhibiti essent Codd. Mss. et quinam; num annotationes essent mere criticae, an res et sensum etiam verborum illustrarent, atque ergo ad usum quoque juventutis essent comparatae; num indicibus esset instructa editio, nec ne; verbo num iis omnibus excelleret virtutibus, quae in praestanti editione merito requirantur. In recensendis versionibus praeter fidem, virtutem videlicet primariam, respexi orationis elegantiam, nativam illam quidem nec adscitam, et, quatenus fieri potuit, vernaculae ad latinam linguam applicationem. Reliquos libros, ad auctores veteres pertinentes, ex majori minorive utilitate, quae ex eorum lectione in meliorem redundare queat auctorum classicorum intelligentiam, aestimavi.

Ceterum eorum librorum, quorum dedi notitiam, longe plurimos ipse inspexi diligenterque examinavi; quos vero nec mea supellex libraria, in hoc literarum genere selecta, nec amicorum aliquot doctorum suppeditabat humanitas, eos aut absque omni dignitatis eorum significatione adscripsi, aut de eorum ratione ac pretio ea retuli, quae ex collatis complurium ephemeridum literariarum censuris ut vera atque indubia colligere potuisse crediderim. Hoc mihi quidem satius visum est, quam ipsas ubicunque nuncupare ephemerides omnes, in quibus prostent censurae, id quod nonnunquam ex certis causis fecit b. *Harlesius*. Nam quotusquisque eruditorum est, qui omnes istas ephemerides omni tempore in manibus habeat, vel, si quidem hoc sit, qui tantum temporis et operae ei negotio impendere possit, ut ad recte cognoscendum, quemlibet librum schedulas istas evolvat? In ferenda autem de libris sententia mea a calumniando usquequaque abstinui. Namque cum errare humanum sit, nil sane turpius potest cogitari, quam virum alioquin doctum atque de literis meritum propter hanc, quae in nos omnes cadit, infirmitatem humanam perstringi, nisi forte isti erro-

res vel ex incuria, negligentia et festinatione, vel ex manifesta inscitia, cui illud manum de tabula esset injungendum, sint orituudi atque ergo optimo jure notandi. Nihilominus tamen tantum abfuit, ut blandis semper et assentatoriis verbis, quae mala essent et perversa, ea bona et pulchra appellaverim, ut potius, quae vere sentirem, libere atque ingenue sim professus; namque mihi ab aliis aliquantulum succenseri, quam ipse veritatem mussitare malim. Omnino quidem nostrae illae librorum censurae, si quidem hoc nomine sint appellandae, minime auctoribus librorum, utpote quibus edoceantur, sunt destinatae, sed solis lectoribus, praesertim junioribus, quorum in comparandis tractandisque auctorum editionibus aliisque libris ad eos pertinentibus regant judicium constituantque delectum. In horum atque forsan aliorum etiam hominum eruditorum usum et utilitatem, praeter librorum inscriptiones integras plerumque et accurate descriptas, redemtores etiam librorum eorumque, quo veneunt in tabernis librariis, pretium apposui, unde et externa plerumque librorum facies vel decora vel indecora, eorumque moles quodammodo colligi poterit.

Quod ad Prolegomena attinet, in quibus supplendis nimius forsan lectoribus quibusdam possim videri, id potissimum curavi, ut earum disciplinarum, quarum cognitio accurata studium literarum humaniorum atque ergo solidam auctorum classicorum intelligentiam mirum in modum adjuvare et augere potest, pleniorem curationemque darem notitiam literariam, idque in eorum solummodo juvenum usum, qui in hoc studium incumbant. Me vero hoc loco lineas transiliisse, nemo, qui immensam, quae exstat, istiusmodi librorum copiam perpenderit, facile sibi persuadebit.

Atque haec fere sunt, quae cum lectoribus agere volui. Restat, ut iis hoc opusculum qualecunque meum cum votis ardentissimis verissimisque tradam, ut accepta et fructuosa iis sit opera mea, et ut ipsi, si quid erraverim, id condonent infirmitati humanae, qua optima saepius voluntas ab exsequendis consiliis suis prohibeatur.

Scribebam Gedani d. xxv. Novembr. MDCCCXVI.

CAR. FRID. HENR. KLÜGLING,
CONRECT. SCHOL. PETRO-PAULINAE.

PROLEGOMENA.

SECTIO I.

§. 1.

Ad pag. 8. lin. 3.

M. Conr. Nahmmacheri libellus utilis: *Anleitung zur kritischen Kenntniſs d. lat. Sprache* recusus est Lips. 1800. 8.

Ad pag. 17. lin. 13.

Libris, in quibus de literatura Romana, de scriptoribus Romanis, eorumque vita et libris agitur, adhuc addendi sunt:

Georg. Nic. Brehm bibliograph. Handbuch der gesammten neuern, sowohl allgemeinen, als besondern griech. und röm. Literatur. Lips. ap. Fritsch. 1797—1800. maj. 8. Vol. I. II. (4 Thlr.)

Vol. I. continet Literaturam graec. et rom. universalem; *Vol. II.* continet Literaturam auctorum graecorum, secundum ordinem alphabeticum, usque ad Horapollinem. Continuatio ad hucusque desideratur.

Wilh. Dav. Fuhrmann Handbuch der klassischen Literatur, oder Anleitung zur Kenntniſs der griech. und röm. Schriftsteller, ihrer Schriften, und der besten Ausgaben und Uebersetzungen derselben, zum Gebrauch der Schullehrer, der Studirenden auf Gymnasien und Universitäten, und aller Freunde der klass. Literatur. Rudolstad. in librar. aulica 1804—10. maj. 8. IV. Vol. (12 Thlr.)

Diligentia et cura auctoris (verbi div. min. Marchiae prope Hamm) in colligendis variis notitiis huc pertinentibus laudanda est; at in dijudicanda scriptorum librorumque dignitate ac pretio desideratur haud raro judicii sagacitas et firmitas illa, quae certis nititur et regitur rationibus.

Hoc opus in compendium redegit auctor atque s. t. edidit: *Wilh. Dav. Fuhrmann Anleitung zur Geschichte der klass. Literatur der Griechen und Römer. Eine berichtigte, zum Theil vermehrte Abkürzung des ausführl. Handbuchs der klass. Literatur der Griechen und Römer, zum Gebrauch für Lehrer und Studirende.* Rudolstad. in librar. aul. 1816. maj. 8. *Vol. I.* cont. Liter. Graec. (2 Thlr. 18 Gr.) *Vol. II.* Literat. Roman.

Utilissimum opus, conjuncta opera *F. Iac. Bastii* aliorumque eruditorum hominum, edidit *Frid. Schöll* (bibliopola Paris.) s. t.: *Répertoire de Littérature ancienne, ou Choix d'Auteurs classiques Grecs et Latins, d'ouvrages de critique, d'archéologie, d'antiquités, de my-*

thologie, d' histoire, et de géographie ancienne, imprimés en France et en Allemagne. Nomenclature de livres Latins, François et Allemands sur diverses parties de la Littérature. Suivi d' une Notice sur la Stéréotypie par Fréd. Schoell. Paris. ap. auctor. (Berol. ap. Frölich in commiss.) 1808. 8. II Vol. (4 Thlr.)

Hic liber nequaquam plenam et contextam literaturae Graecorum et Romanorum historiam exhibet, sed potius index est plurimorum librorum, qui ad universam literaturam antiquam pertinent. Praecipua diligentia literatura graeca tractata est, ubi cl. *Bastii* potissimum opera editori fuit salutaris. Plerisque libris, praesertim graecis, censura addita est, in qua eorum non modo indoles ac ratio describitur, sed etiam de pretio eorum ac dignitate libere et ingenue judicatur.

Versuch eines Lehrbuchs der griech. und röm. Literaturgeschichte und class. Literatur, zunächst für Gymnas. bearbeitet von Dr. Carl Sachse. Hal. ap. Hemmerde. 1810. 8. (16 Gr.)

Literaturam Graecorum et Romanorum minus commode conjunctim tractavit. Notitia auctorum nec plena est, nec accurata et fructuosa. Utilis est introductio historica, in qua eae potissimum res nuncupantur, quae culturae Graecorum et Romanorum incrementum prae ceteris adjuverunt et auxerunt.

Geschichte der Literatur der Griechen und Römer von Gottfr. Chr. Fr. Mohnike (verbi div. min. Gryphisvald.) Gryphisv. ap. Mauritium 1813. maj. 8. *Vol. I.* cont. literat. Graecorum. (2 Thlr. 8 Gr.)

Opus praeclarum multisque nominibus commendandum.

Grundriſs der Geschichte der griech. und röm. Literatur, zum Gebrauch in den obern Classen gelehrter Schulen von Aug. Matthiae. Jenae ap. Frommann 1815. 8. (18 Gr.)

Scriptores non secundum literarum genera, sed secundum temporis ordinem recensentur. Omnis literaturae historia in periodos est distributa, quarum cujusque indoles propria breviter adumbratur. In narranda scriptorum vita notandisque eorum libris horumque editionibus brevitati quidem studuit cl. editor, accurate tamen curioseque scripta sunt omnia. Quapropter hic libellus videtur dignus, qui scholarum usui prae ceteris commendetur.

Breviter at praeclare antiquarum literarum historia adumbrata est in:

Grundzüge der röm. und griech. Literaturgeschichte, als Leitfaden bei Vorles. von Franz Passow (Prof. in acad. Vratisl.). Berol. ap. Dümmler. 1815. 4. (21 Gr.)

Geschichte der alten und neuen Literatur; (16) *Vorlesungen, gehalten zu Wien im J.* 1812. *von Fried. Schlegel.* Vindob. ap. Schaumburg. 1815. maj. 8. II. Vol. (3 Thlr. 8 Gr.)

Non erat editoris consilium, historiam literaturae, proprie sic dictam, concinnandi, sed id potissimum egit, ut literarum cujusque aevi ingenium et indolem earumque apud potiores gentes principia et incrementa vividis coloribus depingeret, atque hanc imaginem lectorum ob oculos poneret. Quae de ingenio et moribus singulorum quorundam scriptorum disputavit cl. editor, ea lectu sane digna sunt, et cogitatorum veritate et pulchritudine tenebunt saepius et oblectabunt lectores; veruntamen non desunt etiam sententiae et opiniones, quibus vix omnes facile accedant docti harum rerum arbitri.

Huc pertinent etiam ejusdem auctoris libelli: *Die Griechen und Römer; historische und krit. Versuche über das klass. Alterthum.* Neustrel. ap. Michaelis 1797. 8. (1 Thlr. 4 Gr.) et *Geschichte der griech. und röm. Poesie.* Berol. ap. Unger 1798. 8. Vol. I. ps. 1. (1 Thlr.)

Joh. Hartm. Eberhardt (postremo Dr. Theol. Upsal.) *über den Zustand der schön. Wissenschaften bei den Römern. Aus dem Schwed. Mit Zusätzen.* Alton. ap. Hammerich 1801. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Beatus auctor primum hanc materiam in oratione quadam tractaverat, quae a. 1789. lucem adspexit. Hanc quidem orationem ignotus editor germanice vertit atque additamentis suis doctis egregie auxit. Oratio literarum elegantiorum apud Romanos fata

inde a primordiis usque ad occasum imperii Rom. occidentalis persequitur.

Eximia laude insigniendum est opus praeclarum necdum absolutum:

Geschichte des Studiums der klass. Literatur seit dem Wiederaufleben der Wissenschaften, nebst einer Einleitung, welche die Geschichte der Classiker im Mittelalter enthält, von Herm. Arn. Lud. Heeren (Prof. Gotting.). Gotting. ap. Rosenbusch 1797 — 1801. maj. 8. Vol. I. II. (2 Thlr. 20 Gr.)

Memorandum hîc etiam est libellus, cujus verus auctor est *Car. Emr. Alex. Comes de Rewiczky:*

Periergus Deltophilus Bibliotheca gr. et lat., complectens auctores fere omnes Graeciae et Latii veteris; cum delectu editionum tam primarum, principum et rarissimarum, quam etiam optimarum, splendidissimarum atque nitidissimarum. Berol. ap. Unger 1784. maj. 8. edit. alt. 1794. (1 Thlr. 4 Gr.)

Cfr. *I. G. Huschke de progressu humanitatis studiorum in Germania.* Rostoch. ap. Stiller 1811. 4 maj. (6 Gr.)

In compluribus libris, qui universam complectuntur literaturam antiquam, singularibus capitibus adumbrata est brevis scriptorum Romanorum notitia. Huc pertinet:

Joh. Joach. Eschenburg Handbuch der klass. Literatur. Berol. ap. Nicolai ed. IV. 1801. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.) ed. V. admodum

aucta 1808. (2 Thlr.) ed. VI. denuo insigniter aucta et emendata 1816. (2 Thlr.)

Brevem linguae latinae historiam contexuit *Joh. Henr. Christ. Barby* (Prof. Berol.) in libro perutili: *Encyclopaedie und Methodologie des humanist. Studiums, oder der Philologie der Griechen und Römer.* Berol. ap. Maurer 1805. maj. 8. *Tom. I.* (1 Thlr.) cont. Introductionem generalem, Grammaticam, Criticam et Hermeneuticam. Continuatio ad hucusque desideratur.

Potiores auctores veteres latinos nuncupavit tantum eorumque optimam editionem uno duntaxat verbo apposuit b. *G. G. Füllebo rn* in: *Encyclopaedia philologica*, Vratisl. ap. Meyer 1798. 8. (16 Gr.) Edit. alt. auct. et emend. curavit *Dr. J. S. Kaulfuſs* ib. 1805. 8. (18 Gr.)

Breviter quidem recensentur scriptores veteres Romani, majore tamen cum cura et diligentia eorum editiones erant indicandae, in libro operoso et alioquin utili: *Neues Real-Schullexicon, enthaltend die zur Erklär. der alten Klassiker nothwendigen Hülfswissenschaften, vornehmlich Geographie, Geschichte, Philosophie, Alterthümer und Mythologie. In Verbind. mit einigen Gelehrten herausgegeben von C. Ph. Funke.* Brunsv. in librar. schol. 1800—5. maj. 8. V grandia vol. (16 Thlr.) Auctor operis potissimum nominatur Mag. *Richter* Dessav. Compendium hujus operis prodiit s. t.:

Kleines Real-Schullexicon, ein bequemes Hülfsmittel für die studirende Jugend zum Verstehen der alten Klassiker. Herausg. von C. Ph. Funke. Hamburg. ap. Vollmer 1804—5. maj. 8. II. Vol. (3 Thlr. 12 Gr.)

Egregie de scriptoribus Romanorum classicis disputatur in libro inprimis commendando: *Encyclopaedie der class. Alterthumskunde, ein Lehrbuch für die obern Classen gelehrter Schulen von J. Chr. L. Schaaf* (Paedagogii ad D. Mariam Magdeb. praecept.). Magdeb. ap. Heinrichshofen 1804—8. maj. 8. *Vol. I.* Literaturgeschichte und Mythol. *Vol. II.* Antiquitaeten und Archaeologie. (2 Thlr. 8 Gr.)

Lehrbuch der klass. Alterthumskunde nach Eschenburg. Für Gymn. und Univers. bearbeitet von Dr. Euchar. Ferd. Christ. Oertel (Prof. Gymn. reg. Onold.). Onold. ap. Gassert 1809. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Eschenburgii verba saepius retinuit editor; in recensendis autem auctoribus classicis in eo discessit ab illo, quod eos secundum ordinem alphabeticum collocavit, id quod nemo facile comprobaverit. Omnino nimium brevitatis studium perspicuitati nonnunquam nocuit.

Utilis libellus est: *Grundriss der Geschichte, Erd- und Alterthumskunde, Literatur und Kunst der Römer, entworfen von George Alex. Ruperti* (Gymn. Stad. Rect.). Gotting. ap. Vandenhoeck 1794. 8. Edit. alt. auct. et emend. ib. 1811. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Grundriſs der Alterthumswissenschaft von Pet. Fr. Kanngieſser. Hal. ap. Hemmerde 1815. maj. 8. (1 Thlr. 18 Gr.)

Cel. *Chr. Dan. Beckium* in opere eximio et doctissimo: *Anleitung zur Kenntniſs der allgemeinen Welt- und Völker-Geschichte*, de literatura Rom., hujus fatis et scriptoribus Rom. eorumque libris atque interpretibus praecipuis diligenter eruditeque egisse, annotavit b. *Harlesius.* Hujus operis praestantissimi *nova editio* plane retractata et dimidio aucta prodiit Lips. in librar. Weidmann. 1813. maj. 8. Vol. I. ps. I. (2 Thlr. 16 Gr.) Pars posterior voluminis primi sub prelo sudare dicitur.

Minus plena et accurata est: *Guil. Traug. Krug philolog. Literatur*, ex ejus opere majori: *Encyclopaed. Handbuch der scientif. Literatur*, separatim impressa. Züllichav. ap. Darnmann 1815. maj. 8. (12 Gr.)

Satis plenum et accuratum recentiorum editionum auctorum classicorum Rom., eorumque librorum, qui ad veterem literaturam Romanam universam pertinent, catalogum dedit *Jo. Sam. Ersch* (Prof. et biblioth. univers. Halens.) in: *Handbuch der deutschen Literatur seit der Mitte des 18. Jahrhunderts bis auf die neueste Zeit, systemat. bearbeitet und mit den nöthigen Registern versehen.* Amstel. et Lips. in Kunst- und Industrie-Comtoir 1812 sqq. maj. 8. Huc pertinet Vol. I. Sect. I., in qua *Philologia* tractatur. (1 Thlr. 6 Gr.)

Adde *Dr. Frid. Ast* (prof. Landish.)

Grundriſs der Philologie. Landish. ap. Krüll 1808. maj. 8. (2 Thlr.)

Quodammodo huc pertinet etiam libellus utilissimus et lectu dignus *Caroli Gottlob Schelle: Welche, klass. Autoren, in welcher Folge und Verbindung mit andern Studien soll man sie auf Schulen lesen?* Lips. ap. Martini 1804. 8. II. Vol. (2 Thlr. 20 Gr.)

Ad pag. 21. lin. 11.

Libris, in quibus praestantia studii literarum humaniorum vel demonstratur, vel contra ejus obtrectatores defenditur, addendi sunt:

Ueber die beträchtl. Vortheile, welche alle Nationen des jetzigen Zeitalters aus der Kenntniſs und hist. Untersuchung des Zustandes der Wissenschaften bei den Alten ziehen können. Zwei Preisschriften von *Dietr. Tiedemann* und *Dan. Jenisch.* Berol. ap. Maurer 1798. maj. 8. (1 Thlr.)

Sam. Sim. Witte über den heutigen Nutzen des Studiums und der geschichtlichen Untersuchung der Wissenschaften der alten Völker. Rostoch. ap. Stiller 1798. 8. (6 Gr.)

Dr. Car. Morgensternii oratio *de literis humanioribus, sensum veri et pulchri excitantibus atque acuentibus.* Lips. ap. Dyk. 1800. maj. 8. (12 Gr.) Eleganter scripta est haec oratio.

Bene illustratur studii veterum linguarum et universae literaturae antiquae praestantia in libello: *Versuch über den Werth der alten Sprachen und des Studiums der klass. Litera-*

tur der Griechen und Römer, besond. für Juristen und Geschäftsmänner von Aug. Schelz. Francof. ad Viadr. in librar. acad. 1810. maj. 8. (8 Gr.)

Ad §. 4.

Iis viris doctis, qui *collectiones* veterum scriptorum Romanorum instituerunt, addendi sunt:

Primum *Sodales Bipontini*, qui (*Extero* et *Embsero* opus moderantibus) deinceps omnes fere scriptores Romanorum classicos, primum Biponti, tum Argentorati, ediderunt. Constat haec collectio, ni fallor, CLXXV voluminibus. Eminent hae editiones typographica plerumque elegantia, textumque auctorum exhibent, quam fieri potuit, correctum. Peculiari omnes excellunt praestantia, praemissa videlicet notitia literaria, quae plenum atque accuratum exhibet editionum omnium catalogum. Longe major harum editionum pars caret plane annotationibus; instructi iis sunt *Plautus*, *Terentius*, *Sallustius*, *Vellejus*, *Celsus* (in novissima ed.), *Phaedrus*, *Tacitus*, *Plinius jun.*, *Vegetius*.

Novam auctorum classicorum Romanorum collectionem s. t.: *Classici Romanorum Scriptores* Gottingae ap. Dietrich. edere coepit *Georg. Alex. Ruperti* (Gymn. Stad. Rect.), cum aliis viris doctis conjunctus. Ea erat harum editionum instituta ratio, ut contextus ad optimorum exemplarium fidem recensitus accurate imprimeretur, praemisso prooemio de auctoris vita, ingenio et moribus additoque indice rerum. Separatim adjungebatur Commentarius perpe-

tuus, in quo interpretationis magis quam criseos ratio habebatur. Prodierunt hac ratione *Plautus*, *Juvenalis*, *Persius*, *Valerius Flaccus*, *Claudianus* (nondum absolutus), *Cicero de legibus*, *Corn. Nepos*, *Livius*, *Tacitus* (Annal.), *Curtius*. A continuationis tamen consilio jam ex pluribus annis destitit Rupertius.

Similem auctorum classicorum latinorum collectionem Lips. ap. Goeschen edere inceperat cl. *Henr. Car. Abr. Eichstaedt* (Prof. Jenens.) cum sociis; enimvero mox ab incepto destitit, atque lucem tantummodo adspexerunt: *Ciceronis Rhetorica* ed. *Schütz.*, *Epp. ad famil.* ed. *Martyni-Laguna* (Vol. I.), *Plinius jun.* ed. *Gierig.*, *Eutropius* ed. *Tzschucke*.

Auctores poeticos et prosaicos, qui a juventute potissimum legi solent, junctim edere coepit *Franc. Nic. Titze* (Hist. in Univ. Prag. P. P. O.) s. t.:

Bibliotheca latina classica, tomis octo complectens Auctores Rom. veteres, prosaicos et poeticos, juvenili potissimum lectioni accommodatos, partim integros, partim excerptos et serie certa ordinatos. In commodum studiosae juventutis adornavit, textum auctorum recognovit, introductiones singulis praemisit, notas criticas ad calcem adjecit Franc. Nic. Titze. Tom. I. Linciae ap. Eurich. 1804. 8. (cont. *Florum*). Tom. II. Pragae ap. Widtmann 1813. (cont. *Corn. Nepotem* et *Phaedrum*). Notae in Phaedrum non crisin solam, sed etiam inter-

pretationem spectant. Optandum est, ut bene inceptis persistat editor.

Nitide et emendate sine notis Auctores Rom. classici typis exscribuntur Lips. ap. Tauchnitz in 16mo.

Seriem quoque auctorum classicorum Romanorum in usum scholarum sine notis edere coeperunt *J. J. Bellermann* (Prof. Berol.) Erford. ap. Müller in 8. qui tamen jam intermisisse videtur negotium; et *Franc. Xav. Schoenberger* (Gymn. acad. Vindob. Eloq. et ling. graec. Prof. P. O.) Vindob. ap. Pichler in 8.

Corpus Historicorum Latinorum Lipsiae ap. Hahn. 1815. 8 maj. edere coeperunt *Dr. Frid. Ern. Ruhkopf* (Gymn. Bielefeld. Dir.) et *Dr. Joach. Diet. God. Seebode* (Gymn. Hildes. Rect.). Prodierunt *Sext. Rufus* a *Guil. Münnich* et *Eutropius* a *Georg. Frid. Guil. Grosse* editus.

Ad §. 5.

Pag. 48. lin. 12.

Virorum doctorum, qui in Germania literaturam Romanam excoluerunt et ornarunt, numerus admodum augendus est. Addimus igitur: Chr. Guil. Ahlwardt, Frid. Ast, Chr. Dan. Beck, Traug. Frid. Benedict, Aug. Boeckh, Fr. Gottl. Born, Fr. Henr. Bothe, Gabr. God. Bredow, Jo. Henr. Bremi, Paul. Jac. Bruns, Ph. Buttmann, Car. Ph. Conz, G. Fr. Creuzer, Diet. Jo. Theod. Cunze, Jo. Chr. Gu. Dahl,

Jo. Traug. Lebr. Danz, Jo. Fr. Degen, Henr. Car. Abr. Eichstädt, Val. Embser, Car. Gottl. Aug. Erfurdt, Aug. Guil. Ernesti, Jo. Chr. Theoph. Ernesti, G. G. Fülleborn, G. H. F. Gernhard, Theoph. Erdm. Gierig, Jo. A. Görenz, J. G. Gurlitt, Jo. F. Haberfeldt, Ferd. Hand, Theoph. Christoph. Harless, Arn. Herm. Lud. Heeren, Lud. Frid. Heindorf, Car. Frid. Heinrich, God. Hermann, Jo. Jac. Hottinger, Im. Theoph. Huschke, J. G. Hutten, Frid. Jacobs, Car. Henr. Jördens, Chr. Vict. Kindervater, Jo. Ph. Krebs, Jo. Theoph. Kreyssig, Henr. Kunhardt, J. Aloys. Martyni-Laguna, Guil. Lange, C. G. Lenz, Ch. F. Matthaei, Aug. Matthiae, F. Chr. Matthiae, J. H. L. Meierotto, Jo. Chr. F. Meister, Chr. Guil. Mitscherlich, Car. Morgenstern, Chr. Jul. Guil. Mosche, Jo. Ph. Ostertag, Franc. Passow, Car. Gu. Ramler, Aug. Rode, Jo. Fr. Roos, Fr. Ern. Ruhkopf, Ge. Alex. Ruperti, God. Henr. Schäfer, Jo. Adam Schäfer, Car. Gottlob Schelle, Im. Jo. Gerh. Scheller, Jo. Christoph. Schlüter, Benj. Fr. Schmieder, Frid. Schmieder, Jo. Gottlob Schneider, Chr. Godofr. Schütz, Jo. Gottlob Sam. Schwabe, Jo. Nic. Schwebel, Jo. Schweighäuser, Jo. Ph. Siebenkees, Georg. Lud. Spalding, Fr. And. Stroth, Car. Henr. Tzschucke, Jo. Henr. Voss, Jo. Augustin. Wagner, Jo. Frid. Wagner, Benj. Weiske, Chr. Gottl. Wernsdorf, Jo. Chr. Frid. Wetzel, Christoph. Martin. Wieland, Frid. Aug. Wolf, Ern. Car. Frid. Wunderlich.

Ad §. 6.

Scriptis illis, in quibus vel de variis rebus, ad antiquam literaturam omnino pertinentibus, disputatur, vel loca auctorum classicorum corrupta et obscura critice tractantur, emendantur et explicantur, quaedam addenda sunt:

J. E. Im. Walchii Acta Societatis lat. Jenensis. Jenae ap. Cröker 1752—53. maj. 8. V Vol.

Car. Henr. Abr. Eichstaedt Nova Acta Societ. lat. Jenens. Lips. 1806. maj. 8. Ps. I.

Chr. Dan. Beckii Commentat. Societ. philol. Lips. Lips. et Plauae ap. Grau 1801—5. maj. 8. Vol. I—IV. ps. 1.

Acta Seminarii et Societ. philol. Lips. Adjecta biblioth. critica. Curavit Chr. Dan. Beckius. Lips. in libr. Weidmann. 1811. *Vol. I.* maj. 8. (2 Thlr.) *Vol. II.* ps. 1. 1812. (1 Thlr.) ps. 2. 1813. (1 Thlr. 8 Gr.)

Acta philologorum Monacensium, auctoritate regia edidit Fr. Thiersch. Monach. (Norimb. ap. Stein, in comm.) 1812. maj. 8. Tom. I. fasc. 1. (14 Gr.) fasc. 2. et 3. 1813. (1 Thlr. 12 Gr.) fasc. 4. 1815. (18 Gr.) Tom. II. fasc. 1. 1816. (18 Gr.)

(*E. H. Mutzenbecher* et alior.) *Philol. Bibliothek, herausg. unter der Aufsicht des Hrn. Dr.* (Chr. Fr. W.) *Walch.* Gotting. ap. Vandenhoeck. 1770—75. Vol. III. 8. (3 Thlr.)

(*Joh. Chr. Vollborth* et alior.) *Neue philol. Bibliothek.* Lips. ap. Weygand. 1776—78. 8. Vol. IV. (3 Thlr.)

(*Ejusdem*) *Bibliotheca philologica.* Lips. ap. eund. 1779—88. 8. Vol. III. (2 Thlr.)

(*Ejusdem*) *Bibliotheca philol. et crit.* (nova). Gotting. ap. Dietrich. 1782—83. 8. II Vol. (16 Gr.)

Dan. Wyttenbachii (et alior.) *Bibliotheca critica.* Amstel. ap. van den Hengst (Gothae ap. Ettinger in commiss.) Vol. I—III. ps. 4. 1779—1809. maj. 8. — Cfr. *G. L. Mahne Epicrisis censurarum bibliothecae crit.* Traj. ad Rhen. (Lips. in libr. Weidmann. in comm.) 1809. maj. 8.

Bibliothek der alten Liter. und Kunst (ed. *Chr. Gu. Mitscherlich, Th. Ch. Tychsen* et *Arn. Herm. Lud. Heeren*). Gotting. ap. Dietrich. 1786—1794. 8. Fasc. X. (3 Thlr. 8 Gr.)

Magazin für öffentl. Schulen und Schullehrer (ed. *Herm. Schlichthorst*). Brem. ap. Cramer 1790—91. 8. Vol. II. (1 Thlr. 8 Gr.)

Neues Magazin für Schullehrer (ed. *Ge. Alex. Ruperti* et *Herm. Schlichthorst*). Gott. et Brem. ap. Wilmanns 1792—95. 8. Vol. III. (4 Thlr.)

Ge. Alex. Ruperti Magazin für Philologen. ib. 1796—97. 8. II Vol. (1 Thlr. 8 Gr.)

Car. Ph. Conz Museum für die griech. und röm. Lit. Turici ap. Ziegler. 1794—95. maj. 8. Fasc. III. (1 Thlr. 16 Gr.)

Car. Vict. Hauff Philologie; e. Zeitschrift zur Beförd. des Geschmacks an griech. und röm. Sprache und Lit., und ein. gründl.

Studium ders. Stuttg. ap. Loefflund 1803 — 4. maj. 8. Fasc. III. (2 Thlr. 16 Gr.) Continuatur sub tit.:

Zeitschrift für die class. Literatur. Tubing. ap. Schramm. Vol. I. ps. 1. 1805. maj. 8. (20 Gr.)

Frid. Aug. Wolf et *Ph. Buttmann Museum der Alterthumswissenschaft oder der griech. und röm. Literatur- und Kunstgeschichte.* Berol. in librar. schol. real. Vol. I. et II. 1807 — 10. 8. (5 Thlr. 6 Gr.)

Eorundem Museum antiquitatis studiorum ibid. Vol. I. fasc. 1. 1808. (1 Thlr. 10 Gr.) fasc. 2. 1811. (1 Thlr. 6 Gr.)

Aug. Matthiae Miscellanea philologica. Altenb. ap. Rink. 1803 — 4. maj. 8. Vol. II. (3 Thlr.) *Ed. alt.* Lips. ap. Hinrichs 1808. Vol. II. maj. 8. (3 Thlr.)

Rich. Bentleji opuscula philol. Lips. ap. Schwickert. 1781. maj. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

C. D. Ilgen opuscula philol. Erford. ap. Hinrichs 1797. 8. II. Vol. (1 Thlr. 12 Gr.)

Fr. Aug. Wolfii Miscellanea maximam partem literaria. Hal. in libr. Renger. 1802. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

G. E. Groddeck antiquar. Versuche. Lemberg. ap. Piller 1810. 8. Fasc. 1. (1 Thlr. 3 Gr.)

Joh. Gottfr. v. Herder Ansichten des class. Alterthums; nach den Ideen des Verf. geordnete Auszüge aus s. Schriften, mit Zusätzen aus dessen Munde, Erläut., Anmerk. und ein Register von Joh. Traug. Lebr.

Danz. Lips. ap. Hartknoch 1805—6. 8. II Vol. (3 Thlr. 12 Gr.)

Chr. Gottl. Heyne Opusc. acad. collecta et animadversionibus locupletata. Gotting. ap. Dietrich 1812. maj. 8. VI. Vol.

Dav. Ruhnkenii opusc. oratoria, philol., crit., nunc demum collectim edita. Lugd. Bat. (Lips. in libr. Weidmanni in comm.) 1807. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.)

Jo. Schweighäuseri Opusc. acad. philosoph. et philolog., seorsim olim edita, nunc recognita et in unum volumen collecta. Argent. ex typogr. soc. Bipont. 1807. maj. 8. II. Vol. (1 Thlr. 20 Gr.)

M. Birg. Thorlacii Prolusiones et opusc. acad., argumenti maxime philol. Hafn. ap. Bonnier. 1806—15. maj. 8. c. fig. III. Vol. (3 Thlr. 4 Gr.)

Lud. Casp. Valckenaerii opusc. philol., crit., oratoria, nunc primum conjunctim edita. Accedunt indices. Lips. ap. Fleischer. jun. Tom. I. 1808. maj. 8. (1 Thlr.) Tom. II. 1809. (1 Thlr. 16 Gr.)

L. Dissen Disquisitionum philologicarum Specimen I. Gotting. ap. Dietrich 1814. 4. (6 Gr.)

Fr. Aug. Wolf Literar. Analecten, vorzügl. für alte Liter. und Kunst, deren Geschichte und Methodik. Berol. ap. Nauck 1816. 8. maj. 1. Lieferung. (1 Thlr. 8 Gr.)

* * *

Museum criticum, cont. praes. varias lect.,

observat. et dissertat., ad auctores vet. gr. et lat. (ed. *Ferd. Stosch*) Lemgov. ap. Meyer 1774. 8. II. Vol. (1 Thlr.)

Thesaurus criticus novus s. Syntagma script. philol. rarior. aevi recentioris (ed. *God. Henr. Schaefer*) Lips. in libr. Sommer. 1802. maj. 8. Vol. I. (20 Gr.)

Frid. Jacobs Spec. emendationum in auctor. vet. tum graec., tum latinos, c. ep. crit. ad Chr. G. Heynium. Gothae ap. Ettinger. 1786. 8. (8 Gr.)

Gottholdi Ephr. Lessingii Observ. crit. in var. scriptor. gr. atque lat., ex operibus ejus collectae atque in ordinem redactae a Jo. Frid. Jac. Reichenbach. Berol. ap. Voss. 1794. 8. (1 Thlr.)

Car. Frid. Heinrichii Observ. in auctor. vet. Hannover. ap. Ritscher. 1794. 8. Ps. 1. (8 Gr.)

R. Dawes Miscellanea crit., iterum edita. Curavit et appendicem adnotationis addidit T. Burgess. Tertium edidit et praefatus est G. Chr. Harless. Lips. ap. Crusium 1800. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Jo. Gurlitt Animadvers. ad Auctores vet. Spec. I. Magdeb. ap. Keil 1800. 4 maj. (8 Gr.) *Spec. II.* ib. 1801. (6 Gr.) *Spec. III.* Hamb. ap. Schniebes 1806. (6 Gr.)

L. Purgold Observ. crit. in Sophoclem, Euripidem, Anthol. gr. et Ciceronem etc. *Auctarium subjecit H. C. A. Eichstaedt.* Jenae ap. Goepferdt 1802. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Libri a b. *Harlesio* Suppl. Vol. I. p. 48. memorati: *J. H. Witthof krit. Anmerkung. über Horaz u. and. röm. Schriftst., herausgeg. von H. A. Grimm*, prodiit particula VI. Düsseld. ap. Dänzer 1802. 8. (12 Gr.)

Fr. L. Becher Observ. crit. ad quosdam Scriptores vet. utriusque linguae Spec. I. Lips. ap. Barth. in comm. 1809. 8. (8 Gr.)

Henr. Waardenburg Opusc. orator., poët., crit. Harlem. (Lips. in libr. Weidmann. in comm.) 1812. maj. 8. (2 Thlr. 18 Gr.)

Epistolae Parisienses, in quibus de rebus variis, quae ad studium antiquitatis pertinent, agitur. Editae a G. G. Bredow. Lips. in libr. Weidmann. 1812. maj. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

C. G. Halbkart tentamina criseos in difficilioribus quibusdam auctorum vet. et graec. et lat. locis. Vratisl. ap. Barth. 1813. 8. (10 Gr.)

Casp. Jac. Christ. Reuvens Collectanea litteraria s. Conjecturae in Attium, Diomedem, Lucilium, Lydum, Nonium, Ovidium, Plautum, Schol. Aristoph., Varronem et al., passim Mss. librorum ope factae, et maximam partem ad Romanorum rem scenicam pertinentes. Quibus accedit disp. de linguae gr. pronuntiatione. Lugd. Bat. ap. Haremberg. jun. (Lips. libr. Weidmann. in comm.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.)

Est praeclarum specimen majoris operis futuri, quod omnia Comicorum, Tragicorum et Satiricorum veterum Rom. Fragmenta est complexurum. In hoc specimine Tragicorum et Satiricorum potissimum fragmenta propo-

suit, a *Wyttenbachio*, *van Lennep* et *Boissonade* humanissime adjutus.

Carminis Latini de bello Actiaco s. Alexandrino Fragmenta ex volumine Herculanensi nuper evulgata, recognovit etc. *Jo. Theoph. Kreyssig* (ill. schol. Provinc. Misenens. Prof. sec.) Schneebergae ap. Fulda (Lips. Barth. in comm.) 1814. 4.

Haec carminis de bello Octaviani contra Antonium et Cleopatram fragmenta, in volumine Herculanensi reperta, typis exscripta sunt in Tomo II. *Voluminum Herculanensium* c. animadv. *Ciampetti* (1809). Cl. etiam *Morgensternius*, quocum ea communicaverat ill. *Andreä*, typis exprimenda illa curavit in libro suo, quod de itinere in Italiam facto scripsit, pag. 160 — 177. Quasdam horum fragmentorum particulas, minus tamen emendate typis exscriptas, in Ephem. lit. Gotting. a. 1811. No. 64. 65., additis notis nonnullis, evulgaverat b. *Heynius*, qui a *Morgensternio* illas acceperat. Ex Morgensternii libro haec fragmenta typis repetenda curavit cl. *Kreyssig*, ita tamen, ut partim in statuenda de argumento carminis sententia, partim in supplendi ejus ratione plus uno loco ab illo discederet. Opinatur vir doctus, haec fragmenta cum majori veri specie ex *Caji Rabirii Actiacis* (quorum mentionem injecit Seneca), quam ex *L. Varii Panegyrico in Augustum* esse oriunda, atque

inesse in iis eas tantummodo res, quae sub finem Julii A. U. 724. s. a. 30. a. C. in Aegypto essent gestae. Adversatur igitur *Heynii* et *Morgensternii* sententiae, poetam grandem rerum gestarum copiam paucis versibus fuisse complexum. Ceterum unicuique octo illarum columnarum, quas descripsit *Morgensternius*, in hac editione breve praefixum est argumentum, ex editoris sententia constitutum. Contextus, sicut est lacunis plenus, accurate expressus est. In animadversionibus partim aliorum pericula singulos versus supplendi interpretandique exhibentur, partim editoris ipsius specimina singula tantum vocabula restaurandi proponuntur.

Diss. inaug. proponens observationes ad selecta legis Galliae Cisalpinae capita, auct. *Dr. Henr. Ed. Dirksen*, (Regiomont.) Berol. 1812. 4.

Haec lex, quae etiam legitur in cl. *Hugonis Civilist. Magazin* Tom. II. n. 20., extremis plerumque assignatur temporibus reipublicae Rom. Editor praeclare eam hac commentatione illustravit.

Fragmentum Legis Romanae in aversa tabulae Heracleensis parte. Notis criticis et commentario illustravit Gust. Theod. Lud. Marezoll, I. U. D. Gotting. ap. Roewer. 1816. 8 maj. (16 Gr.)

Hoc legis Rom. fragmentum primum evulgarunt *Maittaire* et *Conradi* (Parerg. III.

p. 350), posthac alia particula ad illud pertinente supplevit *Mazochi* (Comment. in aeneas tab. Heracl.), atque sic typis repetendum curavit cl. *Hugo* in *Civil. Magazin* III. n. 19. Hoc fragmentum una cum supplemento illo, servatis omnibus exempli vitiis, exhibet docta illa commentatio, substratis notis criticis atque ad linguam legisque interpretationem, nec non ad antiquitates pertinentibus. Tum de legis aetate, causa et argumento conjecturae proponuntur. Intra annos 663 et 689 U. C. datam eam esse, suspicatur editor.

Quasdam adhuc hic nuncupare lubet dissertationes, in quibus variae res, quae ad literaturam antiquam quodammodo pertinent, pertractantur:

De elocutionis poetarum latin. veterum luxurie. Commentatio I. II. Auctore *Jo. Chr. Theoph. Ernesti.* (Prof. quond. Lips.) Lips. ap. Tauchnitz 1802. 4.

De recte aestimando epicorum poetarum in bellis canendis consilio scrips. *Zach. Guil. Weineck* (Schol. Rosleb. Conr.) Jenae 1811. 4.

De collocatione vocabulorum poetica commentat. scr. *M. Aug. Gotth. Gernhard.* Freiberg. 1812. 4.

Jo. Frid. Degen de invocatione poetica ejusque origine et usu. Partic. I. Baruth. 1811. 8.

De nimia imitationis in scriptoribus antiquis indagandae cupiditate scrips. *M. Chr.*

Gotth. König (schol. provinc. Misn. Rect. Misn. 1815. 4.

Ad pag. 57 sqq.

Ad *Antiquitates Romanas*, quatenus videlicet earum scientia ad facilius intelligendos rectiusque interpretandos auctores veteres Romanos plurimum facere possit, pertinet etiam historiae Romanae, geographiae, archaeologiae et religionis accurata cognitio; quapropter etiam potiores libros, in quibus hae doctrinae tractantur, indicabimus.

Cfr. *Ueber wissenschaftl. Begründung und Behandlung der Antiquitaeten, insbesondre der röm. Eine Abhandl., welche zugleich einen Leitfaden f. antiquar. Vorles. enthält von Ed. Platner* (Prof. Marburg.) Marb. in libr. acad. 1812. 8. (10 Gr.) Docta est commentatio.

Inter eos libros, qui universam antiquitatem Romanam complectuntur, notissimi pariter atque ad juvenum studiosorum usum maxime accommodati sunt *Paul. Frid. Achat. Nitschii* et *Alex. Adami* labores. (Cfr. Suppl. Vol. I. p. 51. sq.) Novissimae utriusque libri editiones sunt:

P. F. A. Nitsch Beschreib. des häusl., wissenschaftl., sittl., gottesdienstl., polit. und krieger. Zustandes der Römer, nach den verschied. Zeitaltern der Nation. 3. verb. und vermehrte Aufl. Herausgeg. von M. Joh. Heinr. Martin Ernesti (Prof. Coburg.) Erford. ap. Kayser 1807. 8. *Vol. I.* (2 Thlr. 8 Gr.),

cui ab editore annexus est libellus, sub separato quoque hoc titulo venalis: *Uebersicht der röm. Länder, mit einer kurz. Eroberungsgeschichte der Römer, herausg. von M. J. H. M. Ernesti, als Anhang zu der Beschreib. des Zustandes der Römer* ib. 1807. 8. (10 Gr.). *Vol. II.* 1812. ed. III. (2 Thlr. 8 Gr.)

Compendium hujus operis majoris: *P. F. A. Nitsch Einleit. zur Kenntniss des — Zustandes der Römer*, denuo emendatum et auctum ab *Jo. H. Mart. Ernesti* prodiit Erford. ap. Keyser 1812. 8. (14 Gr.)

Alex. Adam Handbuch der röm. Alterthümer u. s. w. *Aus dem Engl. übers. mit Zusätzen und erläut. Anmerk. von M. Joh. Leonh. Meyer. 2. durchaus verb. und vermehrte Aufl.* Erlang. ap. Walther. 1805. maj. 8. II Vol. c. XI. fig. elegantissime aeri incisis. (3 Thlr. 8 Gr.)

Novum antiquitatum Graecorum, Romanorum et Germanorum compendium inchoavit *Jo. H. Mart. Ernesti* s. t. *Alterthumskunde der Griechen, Römer und Deutschen, in ihrem ganzen Umfange. Ein Lehr- und Handbuch.* 1. Band. 1—4 Th. (*Alterth. der Griechen*) Erford. ap. Keyser 1809—10. 8. (3 Thlr. 6 Gr.) Diligentia et cura editoris laudantur.

M. Joh. Leonh. Meyer Lehrbuch der röm. Alterthümer f. Gymn. und Schulen. 2. verb. Aufl. Erlang. ap. Walther 1806. maj. 8. c. VI. fig. elegant. (1 Thlr.) Ed. III. Erlang. ap. Heyder 1813. (1 Thlr.) Ed. IV. emend. c. VI.

novis fig. chartae velinae impressis ib. 1816. (1 Thlr.)

Libri egregii a b. *Meierotto* editi: *Ueber Sitten und Lebensart der Römer in verschied. Zeiten der Republik*, editio altera, b. auctoris additamentis, ex ejus schedis (a *Ph. Buttmanno* et *Ge. Ludi Spaldingio*) collectis, aucta prodiit Berol. ap. Mylium 1802. 8. II Vol. (1 Thlr. 12 Gr.) Ed. III. emend. ib. 1814. 8. II Vol. (1 Thlr. 12 Gr.)

C. Ph. Moritz Roms Ἀνθουσα oder Roms Alterthümer. 1. *Theil: die heil. Gebräuche der Römer.* Berol. ap. Maurer 1791. 8. ed. alt. 1797. c. fig. (1 Thlr. 12 Gr.) 2. *Theil: der Römer als Bürger und Hausvater*, ausgearbeitet von *F. Eb. Rambach.* 1796. 8. (1 *Thlr.* 12 *Gr.*)

F. Wolfg. Reiz Vorles. über die röm. Alterthümer nach Oberlins Tafeln, hauptsächl. zur Erläut. des Studiums der röm. Classiker für Lehrer und Lernende. Lips. ap. Fritsch 1796. 8. (1 Thlr.)

Handbuch der röm. Alterthümer für Schulen von Jac. Brand (Prof. Gymn. Aschaffenb.) Francof. ad M. ap. Varrentrapp. 1804. 8. (14 Gr.) Miserrimus labor, e Nitschii, Adami, Cilanonis aliorumque compendiis conflatus.

G. G. S. Köpke (Prof. Gymn. Berol.) *Antiquitates Romanae, in XII. tabularum epitomen coactae.* Berol. ap. Braune 1807. 8. (16 Gr.)

Eschenburgii libri (*Handb. der röm. klass. Lit.*) sectionem V., passim refictam et amplificatam, in usum lectionum separatim edidit (*Pertsch*, Prof.) s. t. *Grundriſs der röm. Alterthumskunde, zum Gebrauch bei Vorles., nebst einer chron. Uebersicht* (historiae Rom. et status reip.) Coburg. ap. Ahl. 1808. 8.

P. Burmanni Antiquit. Romanarum brevis descriptio. In us. schol. et praelect. passim emendavit ac supplevit et notulas subjecit F. V. Reizius. Ed. nova (curata a *L. H. Teucher.*) Lips. ap. Sommer. 1809. 8. (8 Gr.)

Chr. T. Fr. Haacke Abriſs der griech. und röm. Alterthümer. Als Ergänz. d. Lehrb. d. Staatengesch. des Alterthums für Gymn. Stendal. ap. Franzen 1816. 8. (12 Gr.)

Fr. Wilh. Jonath. Dillenius Antiquitaeten-Wörterbuch für Schulen. 2. verm. Aufl. Lips. 1801. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

J. K. Unger Sitten und Gebräuche der Römer, durch die Geschichte und in Kupf. dargestellt. Vindob. ap. Rehm 1805—6. II Vol. c. XXIV. fig.

Die Alterthümer Griechenlands und Roms in Bildern für die Jugend und ihre Lehrer von F. W. E. Rost und A. Wichmann. Lips. ap. Wichmann. 1805. 4 maj. fasc. I. (1 Thlr. 8 Gr.)

Bernh. von Montfaucon griech. und röm. Alterthümer von Schatz und Semler herausgeg. Mit 151 Kupfertaf. von Lichtensteger.

2. *ganz umgearb. und mit viel. Verbess. versehene Ausg. von Joh. Ferd. Roth.* Norimb. ap. Riegel 1807. fol. (5 Thlr. 16 Gr.; chart. script. 6 Thlr. 8 Gr.; chart. script. c. fig. chartae velinae impressis 7 Thlr. 8 Gr.)

Grundriss der Geschichte, Erd- und Alterthumskunde, Literatur und Kunst der Römer von Ge. Alex. Ruperti. Gott. ap. Vandenhoeck 1794. 8. ed. alt. auct. et emend. ibid. 1811. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Ex librorum eorum copia, in quibus varia Antiquitatum Rom. capita speciatim illustrantur, quosdam recentiores potissimum deligamus:

J. Fr. Facius Collectaneen zur griech. und röm. Alterthumskunde. Coburg. 1811. 8. (20 Gr.)

Est nova et locupletata editio libri: *Miscellen zur Geschichte der Cultur und Kunst des Alterthums.* 1805. 8. Huc pertinent inprimis dissertat. II. *über die Bibliotheken der Alten*; VI. *über die Besold. der Staatsdiener bei den Griech. und Röm.*; IX. *des Römers Caj. Verres Samml. von Kunstwerken und Kostbarkeiten*; X. *Beytr. zur Deutung und Erklär. alter Kunstwerke und Nachrichten der Alten*; XI. *Reliquien des Alterthums, von den Griechen und Römern in den Tempeln aufbewahrt.*

K. A. Böttiger Sabina oder Morgenscenen im Putzzimmer einer reichen Römerin; ein Beytr. z. richt. Beurtheil. des Privatlebens der Römer, und zum bessern Verständn. der

röm. Schriftsteller. Lips. ap. Göschen 1803. 8. II Vol. ed. alt. emend. et auct. ib. 1806. 8. II Vol. c. XIII. fig. (3 Thlr. 12 Gr.) Opus praeclarum.

Die Grundformen der Toga, fragmentar. untersucht von Freyh. von Seckendorf, genannt Patrik Peale. Gotting. ap. Röwer 1812. maj. 8. c. fig. (8 Gr.) Laudatur a viris doctis.

De imaginibus Romanorum. Progr. I—III. scripsit *H. C. A. Eichstaedt.* Jenae ap. Goepferdt 1805. f. *Ed. alt.* locuplet. Petrob. ap. Dienemann 1806. 4. (2 Thlr.)

De veterum Romanorum gentibus et familiis prolusio auctore *C. F. Mühlenbruch* (J. U. D. in ac. Rostoch.) Rostoch. ap. Stiller 1807. 4. (8 Gr.)

Sam. Traug. Mücke Prolus. I. II. *de antiquiss. Romanorum religione.* Guben. 1791—92. 4. (etiam in Magaz. f. Schul. Bd. 1. 2.)

E. Spangenberg de veteris Latii religionibus commentatio. Gotting. ap. Dietrich 1806. 4 maj. (12 Gr.)

Vit. Theoph. Scheu de religione Romanorum civili. Viteb. ap. Graessler. 1812. 4.

D. H. Hegewisch: Ob bei den Alten öffentliche Erziehung war? histor. untersucht. Alton. ap. Hammerich 1811. 8. (4 Gr.)

Apud Romanos usque ad imperatorum tempora publicae educationis instituta fuisse negatur.

G. F. D. Göss Erziehungswissenschaft der Griech. und Röm., histor. krit. bearb. Onold. ap. Gassert. 1808. 8. Ps. I. (16 Gr.)

J. Jac. Wilh. Münnich Versuch über die Gränzen der Aufklärung unter den Römern. Lips. ap. Crusium 1789. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Jo. Hartm. Eberhardti libellum: *über den Zustand der schön. Wissensch. bei d. Röm.* Alton. ap. Hammerich 1801. 8. (1 Thlr. 4 Gr.) Jam supra ad §. 1. annotavimus.

J. Binder comment. *de politia vet. urb. Romae.* Praef. est Chr. G. Heyne. Gotting. ap. Vandenhoeck 1791. maj. 8. (9 Gr.)

C. Chr. Schaubach Comment. *de politia Romanorum s. veteris urbis Romae.* ib. ap. Dietrich 1791. 4 maj. (10 Gr.)

M. C. Curtius Commentarii *de Senatu Rom. post tempora reip. liberae.* Praef. est Chr. Ad. Klotz. Hal. ap. Curt. 1768. 8. (1 Thlr. 20 Gr.)

Arn. Drakenborchii de praefectis urbis libellus; praemissa auctoris vita recudendum curavit Jo. Chr. Kappius. Baruth. ap. Lübeck. 1789. 8. (4 Gr.)

Chr. Ferd. Schulze von den Volksversamml. der Röm. Gothae ap. Perthes 1815. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

F. Roth de re municipali Romanorum lib. II. Stuttg. ap. Steinkopf. 1801. maj. 8. (14 Gr.)

J. C. S. Hurter Diss. *de servis maxime Romanorum.* Tubing. 1785. 4.

Rud. Bosse Grundzüge des Finanzwesens im röm. Staate. Brunsv. ap. Pluchard 1805. 8. II Vol. (2 Thlr.)

Diet. Herm. Hegewisch hist. Versuche über die röm. Finanzen. Altenb. ap. Hammerich 1804. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Chr. Gottl. Flade röm. Bergrecht in allen Perioden des Bergbaues dieses Volks, nebst Vermuth. über die Bergwerksmünzen desselben. Freyb. ap. Craz 1805. 8. (12 Gr.)

Bachii historia jurisprudentiae Roman. Lips. 1782. 8. ed. II. 1796.

Arn. Herm. Lud. Heeren Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmst. Völker der alten Welt. Gotting. ap. Vandenhoeck. ed. alt. 1805. Vol. I. ps. 1. 2. (6 Thlr.) Vol. II. 1804. (2 Thlr. 16 Gr.) Vol. III. ps. 1. 1812. (2 Thlr. 8 Gr.). — Edit. III. voluminis I. auctior prodiit 1815. (5 Thlr. 12 Gr.). Populum Roman. nondum complectitur opus praeclarum.

J. H. Berghaus Gesch. der Schiffahrtskunde bei den vornehmsten Völkern des Alterthums. Lips. ap. Graeff. 1792. maj. 8. II Vol. c. mapp. geogr. et fig. (6 Thlr.)

T. W. G. Benedict Versuch einer Geschichte der Schiffahrt und des Handels der Alten. Lips. ap. Jacobaeer 1806. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

(*J. Jaç. Heinr. Nast* et *Jac. Fr. Rösch*) *Röm. Kriegsalterthümer aus ächten*

Quellen geschöpft; ein Beitrag zur Aufklär. der röm. Tactik. Hal. ap. Gebauer 1782. maj. 8. c. VIII. fig.

G. Grofse metrolog. Tafeln über die alten Maafse, Gewichte und Münzen Roms und Griechenl., nebst den Verhältn. derselb. gegen bekannte franz. und deutsche, zur Erklär. alter Schriftst., nach Romé de l'Isle, mit einigen Berichtig. von Abr. Gotth. Kästner. Brunsv. in libr. schol. 1792. 8. (2 Thlr.)

J. P. Ostertag über die Verhältn. der Maafse der Alten zu den heutigen Maafsen. Regensb. 1791. 4.

D. Fr. Chr. Matthiae kurze Uebersicht des röm. und griech. Maafs-, Gewicht- und Münzwesens. Francof. a. M. ap. Guilhauman. 1809. 4. (5 Gr.)

M. Heinr. Bünting Beschreibung und Berechn. aller Münzen, Maafse und Gewichte der Juden, Griechen und Römer, soviel deren sowohl in h. Schrift, als in alten Autoren vorkommen; verglichen mit Münzen, Maafs und Gewicht der Neuern. Umschrieben und mit Zusätzen herausg. von Joh. Chr. Hendel. Nebst einem Anhange der seit einigen Jahrhunderten geprägten Klippen oder Nothmünzen. Hal. ap. editor. 1806. 8. (16 Gr.) Parum confidendum est huic libro.

Description de Médailles antiques Greques et Romaines, avec leur degré de rareté et leur estimation; ouvrage servant de catalogue à une suite de plus de vingt mille Empreintes en

soufre, prises sur les pièces originales, par T. E. Mionnet. Paris. ap. Testa. 1811. V. Tom. 8. c. fig.

Primas tenet hoc opus inter ea, quae de numis veterum conscripta sunt.

Optime de numorum veterum doctrina meruerunt *Jos. Eckhel* et *Jo. Chr. Rasche.* Edidit ille inter alios libros, ad numos veteres spectantes, opus praestantissimum:

Doctrina Numorum veterum. Vindob. ap. Degen 4 maj. Ps. I. (de numis urbium, populorum, regum) 1792—94. Ps. II. de moneta Rom. (de numis consular. et familiar.) 1795—98. c. fig. (36 Thlr.)

Ejusd. kurzgefaßte Anfangsgründe der alten Numismatik. Vindob. ap. Kurzboeck 1786. maj. 8. c. VI. fig. (16 Gr.)

Jo. Chr. Rasche autem edidit opus aeque praeclarum maximeque operosum: *Lexicon universae rei numariae Veterum, et praecipue Graecorum et Rom., cum observ. antiquariis, geogr., chronol., histor., crit., et passim cum explicatione monogrammatum. Praef. est Chr. G. Heyne.* Lips. ap. Gleditsch. 1785—95. maj. 8. c. fig. Tom. I — VI. pars prior. Tomi VI. pars posterior est *Supplementorum* Tom. I. 1802. Tom. VII. ps. 1. 2. 1804—6. est *Supplementorum* Tom. II et III. (35 Thlr. 16 Gr.)

Doctam dissertationem antiquario-juridicam *de Romanorum ponderibus et mensuris* scripsit *Bernh. van Laar.* Lugd. Bat.

a810. 8. Attigit etiam Graecorum pondera et mensuras.

De re argentaria vet. et medii aevi diss. historico-crit. auct. *C. D. Hüllmann* (Prof. Regiom.) Regiom. ap. Nicolov. 1811. 4. (5 Gr.)

Topographicam urbis veteris Romae descriptionem dederunt *G. Chr. Adler* in: *Ausführl. Beschreib. der Stadt Rom.* Alton. 1781. 4. (3 Thlr.) et *Dr. Car. Sachse* in: *Versuch einer kurzgefaßten histor.-topogr. Beschreib. der Stadt Rom, von ihrer Erbauung an bis auf Constantin d. Gr., als begleitend. Leidfaden zu seinem Plane der alten Stadt Rom.* Hannov. ap. Hellwing. 1810. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Quod ad *Historiam Romanam* attinet, ex recentiori aevo notamus:

Oliv. Goldsmith Geschichte der Römer von Erbauung der Stadt Rom bis auf den Unterg. des abendländ. Kaiserthums. Aus dem Engl. nach der 6. Ausg. neu übers. (und mit einer Geschichte des oström. Kaiserthums ergänzt) von L. Theob. Kosegarten. Lips. in libr. Weidmann. 1805. maj. 8. IV. Vol. (5 Thlr. 8 Gr.)

Die Geschichte der Röm. zur Erklär. ihrer klass. Schriftst. (auct. *Paul. Frid. Achat. Nitsch*) Lips. ap. Crusium 1789—90. 8. II Vol. (1 Thlr. 20 Gr.)

Sub textu diligenter notati sunt fonte. Liber est perutilis et commendandus.

M. Stuart röm. Geschichte. Aus dem Holländ. von F. Gall. Düsseldorf. ap. Dänzer 1796 — 1811. maj. 8. IV. Vol. (5 Thlr. 16 Gr.)

Haec quatuor volumina persequuntur historiam Romanam usque ad pacem alteram cum Samnitibus factam.

B. G. Niebuhr (Prof. Berol.) *röm. Geschichte. Mit Charten.* Berol. in libr. schol. real. 1811 — 12. maj. 8. Tom. I. (2 Thlr. 12 Gr.) Tom. II. (3 Thlr.)

In hoc libro praeclaro historia Romana critice tractata est.

J. G. Eichhorn antiquae Italiae historia, ex ipsis veterum scriptorum narrationibus contexta. Lips. in libr. Weidmann. 1812. maj. 8. Pars I. (3 Thlr. 3 Gr.) Pars II. (Imperator. cont.) 1813. (1 Thlr. 21 Gr.)

Ad. Ferguson Geschichte des Fortgangs und Untergangs der röm. Republik. Aus dem Engl. frey übers. mit Anmerk. und Zusätzen (von Chr. Dan. Beck) Lips. in libr. Weidmann. 1784. sqq. maj. 8. IV. Vol. (4 Thlr. 22 Gr.)

Pet. Carl Levesque krit. Geschichte der röm. Republik. Ein Werk, das die eingewurzelten Vorurtheile über die Geschichte der ersten Jahrhunderte der Republ., über die Moral der Römer, ihre Tugenden, ihre Politik gegen das Ausland, ihre Verfassung und den Charakter ihrer berühmten Männer — vernichten wird. Uebers. v. Chr. Fried. Ferd. Braun. Cizae ap. Webel 1809. maj. 8. Vol. I. II. (2 Thlr.)

Haec duo volumina complectuntur historiam usque ad primum triumviratum Pompeji, Crassi et Caesaris. Auctor quidem fontes ipsos accuratius inspexit et lectu sane dignus est libellus; minime tamen tantum exhibet novi, quantum in titulo praedicatur.

Ed. Gibbon Geschichte des Verfalls und Untergangs des röm. Reichs. Aus dem Engl. mit Anmerk. von F. A. W. Wenk, K. G. Schreiter und Chr. Dan. Beck. Lips. ap. Weygand (postea Hinrichs) 1788—1807. maj. 8. XIX. Vol. (25 Thlr. 8 Gr.). In compendium hoc opus redegit *C. F. G. Seidel.* Berol. ap. Voss. 1790. maj. 8. III. Vol. (3 Thlr.). Ad majorem librum pertinet: *Ed. Gibbon Anhang zur Gesch. des Verfalls* etc. *zur Beleuchtung und Rechtfert. des* 15. *u.* 16. *Capit.* Lips. ap. Hinrichs 1800. 8. (12 Gr.)

Chr. Meiners Geschichte des Verfalls der Sitten und Staatsverfass. der Römer. Lips. in libr. Weidmann. 1782. 8. (16 Gr.)

Ejusd. Gesch. des Verfalls der Sitten, Wissenschaften und Sprache der Römer in den ersten Jahrhund. nach Chr. Geburt, als Einleit. zu Gibbons Gesch. der Abnahme und des Falles des röm. Reiches. Vindob. et Lips. ap. Stahel 1791. 8. (1 Thlr.)

C. Middleton röm. Geschichte, Ciceros Zeitalter umfassend, verbunden mit dessen Lebensgesch. Aus dem Engl. von G. K. F. Seidel. Dantisci ap. Troschel 1791—93. 8. IV. Vol. (3 Thlr. 8 Gr.)

Chr. Ferd. Schulze Kampf der Democratie und Aristocratie in Rom, oder Gesch. der Römer von der Vertreib. des Tarquin bis zur Erwähl. des ersten plebej. Consuls. Altenb. et Erford. ap. Rink. 1802. 8. (postea Lips. ap. Hinrichs 1808.) (1 Thlr. 8 Gr.)

Sed haec sufficient ad comparandam fructuosam historiae Rom. cognitionem.

Ex libris, qui Geographiam antiquam illustrant, absque cujus accurata notitia veterum auctorum classicorum intelligentia admodum impediatur necesse est, praeter *Chr. Callarii* librum vere classicum (*Notitia orbis antiqui*) ab *Jo. Conr. Schwarzio* locupletatum (Lips. ap. Gleditsch. 1773—76. 4 maj. c. appendice, III Vol. [11 Thlr. 8 Gr.].), prae ceteris notandi sunt:

Handbuch der alten Erdbeschreibung, zum Gebrauch der 12 gröfsern d'Anvillischen Landkarten. Norimb. ap. Weigel maj. 8. c. tab. geogr. *Tom. I.* ps. 1. 2. *Europa* (auct. *Bernh. Fr. Hummel*; *Graeciae* et *Thraciae* descriptionem confecit *Fr. Andr. Stroth*) 1784—85—96. Ed. nova retractata ab *Arn. Herm. Lud. Heeren* 1800. — *Tom. II.* ps. 1. *Asia* (auct. *Paul. Jac. Bruns*) 1785—94; ed. nova 1800; ps. 2. *Africa* (auct. *Theod. Jac. Ditmar*) 1786; ed. alt., in qua *Aegyptum* retractavit *Dr. Henr. Eberh. Gottl. Paulus* 1794—98. (5 Thlr. 16 Gr.)

Opus classicum confecit *Conr. Mannert: Geographie der Griechen und Römer, aus*

ihren Schriften dargestellt. Norimb. ap. Grattenauer, maj. 8. Tom. I — VI. 1788 — 1802. c. tab. geogr. (19 Thlr. 12 Gr.) Tomus VII. (ab alio viro docto additus, continet Thraciam, Illyr., Macedon., Thessal., Epirum) 1812. (2 Thlr. 20 Gr.)

Allgemeine Geographie der Alten, unmittelbar nach den Quellen krit. bearb. von G. D. Köler. Lemgov. ap. Meyer 1803. maj. 8. *Tom. I.* (cont. Geogr. mathem. et cosmologiam.) [1 Thlr. 20 Gr.]

Omnium vero superiorum merita aequabit vel fortasse superabit *Fr. Aug. Ukert* (Prof. Gymn. Goth.) in: *Geographie der Griechen und Röm., von den frühesten Zeiten bis auf Ptolemaeus. Mit Charten.* Vimar. in instit. geogr. 1816. maj. 8. *Vol. I. ps.* 1. (cont. prolusionem, in qua demonstratur, qua ratione et quibus causis notitia orbis terrarum apud Graecos et Romanos sensim aucta et amplificata sit.) [1 Thlr.] *Vol. I. ps.* 2. 1816.

Compendia geographiae antiquae in usum juventutis studiosae a pluribus viris doctis conscripta sunt. Potiora tantum annotabimus:

Utilis est liber *P. Fr. Ach. Nitschii Kurzer Entwurf der alten Geogr.* Lips. ap. Heinsium 1789. 8.; emend. edit. a *Conr. Mannert* ib. 1798. 8. Edit. VI. 1810. (16 Gr.)

Herm. Schlichthorst Handbuch der alten Erdbeschr. nach ihren vorzügl. Theilen. Brem. ap. Wilmanns 1794. 8. (16 Gr.)

Kurzgefaſste Geogr. der Griech. und Röm., nach den beſten Quellen, zum Gebrauch für Schulen. Norimb. ap. Weigel 1799. maj. 8. (18 Gr.) — Ad hunc libellum, minus curiose confectum, pertinet: *Atlas antiquus d'Anvillianus minor, in XII. tab. geogr. ex majori forma auctoris redactus et in usum scholarum editus.* ib. ap. eund. 1798. fol. (2 Thlr.)

Benj. Fried. und Fried. Solmieder Lehrbuch der alten Erdbeschreibung zum vollständ. Atlas der den Alten bekannt gewordenen Theile der Erde in 12 (illum.) *Karten, zum erſten Unterricht der Jugend.* Berol. in libr. acad. 1802. 8. (12 Gr. Atlas in praesenti 2 Thlr.)

Eorundem Handb. der alt. Erdbeschreib. zum nähern Verſtändn. des vollſt. Atlasses der den Alten bekannt gewordenen Theile der Erde in 12 (illum.) *Karten, zum Gebrauch der Lehrer.* ib. 1802. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Schmiederi libelli adolescentibus harum literarum studiosis merito commendantur.

Utilis liber est: *P. Fr. Ach. Nitsch Wörterb. der alt. Geogr., nach den neueſten Berichtig., herausg. und fortgeſetzt von J. G. Chr. Höpfner.* Hal. ap. Gebauer 1794. maj. 8. (2 Thlr. 6 Gr.)

Ad juventutis usum accommodatus est: *G. U. A. Vieth Atlas der alten Welt, beſtehend aus* 12 (illum.) *Karten, mit erklär. Tabellen herausg. von C. Ph. Funke.* Vimar. in Industrie-Compt. 1800. in fol. min. trans-

vers. *Ed. alt.* emend. et aucta 1806. (1 Thlr. 12 Gr.) Huc pertinet: *C. Ph. Funke kurzgefaſstes, jedoch vollständ. Wörterbuch der alt. Erdbeschr., zu dessen Atlas der alt. Welt gehörig.* ib. 1800. ead. forma (2 Thlr. 18 Gr.). Minus plenus et fructuosus est liber, atque *Nitschii* labor praestat huic *Funkiano*.

Quod ad *Archaeologiam*, quam dicunt, artisticam attinet, quae Graecorum et Rom. veterum artem eam spectat, quam nos appellamus *die bildende Kunst*, atque in cognoscendis, intelligendis et judicandis iis, quae adhuc exstant ex illis temporibus, monumentis potissimum versatur: nonnulli viri docti de hac doctrina optime meruerunt. Nominandi hoc loco prae ceteris sunt *Caylus*, *Winkelmannus*, *Christius*, *Heynius*, *Lessingius*, *Herderus*, *de Ramdohr*, *Böttigerus*, *Gurlittus*, *Levezow* aliique, quorum singula in hoc genere scripta enumerare brevitatis studio nolumus. Ex compendiis, praeter *Büschingii*, *Hirschfeldi*, *Eschenburgi*, *Nitschii* labores, duos tantum notamus libros praeclaros, quos qui possidet, ceteris facile carere poterit:

F. P. Siebenkees Handbuch der Archaeologie oder Anleitung zur Kenntniſs der Kunstwerke des Alterthums, und zur Gesch. der Kunst der alten Völker. Norimb. ap. Stein. 1799. maj. 8. (2 Thlr.) et

Chr. Dan. Beck Grundriſs der Archaeologie oder Anleit. zur Kenntniſs der Geschichte

der alten Kunst und der Kunst-Denkmäler und Kunstwerke des klass. Alterthums. Lips. ap. Hinrichs 1816. maj. 8. Ps. I. (1 Thlr.)

Varia artis veterum monumenta figuris elegantissimis illustrantur in:

A. Hirt Bilderbuch für Mythologie, Archaeologie und Kunst. 1. *Heft.* Mit 12 Kupfert. und 26 Vign. Berol. 1805. 4 maj. (4 Thlr.) 2. *Heft.* ib. ap. Nauck 1816. (1 Thlr. praenum.); in

C. A. Boettiger archaeolog. Aehrenlese 1. *Sammlung.* Dresd. ap. Walther 1811. fol. (1 Thlr.); et instar omnium in opere hoc in genere classico:

Galerie mythologique. Recueil de monuments pour servir à l'étude de la Mythologie, de l'histoire, de l'art, de l'antiquité figurée et du langage allégorique des Anciens. Avec 190 *planches gravées au trait, contenant près de* 800 *monuments antiques, tels que statues, basreliefs, pierres gravées, médailles, fresques et peintures de vases, dont plus de* 50 *sont inédits. Par Aubin Louis Millin* (membre de l'Institut de France, de la Légion d'honneur, et conservateur des médailles de la biblioth. impériale) Paris. impress. ap. P. Didot sen., venal. ap. Soyer, bibliopol. 1811. maj. 8. *Tom. I.* cont. tabb. I—XCI. *Tom. II.* tabb. XCII—CLXXXII. (10 Thlr.)

Selectissima omnium temporum et ordinum monumenta artis veterum, a praestantissimis artificibus delineata, in hoc opere

proponuntur et breviter illustrantur. In commentariis etiam ii libri nominantur, in quibus optimae monumentorum propositorum imagines reperiuntur, vel loci monstrantur, in quibus ipsa monumenta prostant.

Restat, ut adhuc de literatura *Mythologiae* Romanorum, quae tanquam basi nitebatur Mythologia Graecorum, pauca addamus.

Inter eos, qui de Mythologia veterum universa scripsere, eminent *Frid. Creuzer* et *Jo. Arn. Kanne:*

Symbolik und Mythologie der alten Völker, besond. der Griechen. In Vorträgen und Entwürfen von Fr. Creuzer (Prof. lit. antiq. in ac. Heidelb.) c. fig. Darmst. ap. Leske 1810—1812. maj. 8. IV. Vol. (8 Thlr. 18 Gr.)

Erste Urkunden d. Gesch. od. allgem. Mythologie v. Joh. Arn. Kanne. Mit einer Vorrede von Jean Paul (F. Richter) Baruth. ap. Lübeck. hered. 1808. maj. 8. II Vol. (3 Thlr. 8 Gr.)

Joh. Jac. Wagner Ideen zu einer allgem. Mythol. der alten Welt. Francof. ad M. ap. Andreae 1808. maj. 8. (2 Thlr.)

Lectu dignissimae sunt: *Joh. Heinr. Voss mythol. Briefe.* Tub. ap. Cottam 1794. maj. 8. II Vol. (1 Thlr. 20 Gr.)

Eorum librorum, in quibus Mythologia Graecorum et Romanorum conjunctim idque in usum potissimum juventutis tractatur, notissimi sunt: compendium *D. Chr. Seyboldi* (Lips. ap. Hertel ed. III. c. fig. 1797. 8. [1 Thlr. 8 Gr.]), *Car. Gu. Ramleri* (Berol.

ap. Maurer 1790. c. fig. ed. noviss. 1816. [1 Thlr. 4 Gr.]), *Chr. Tob. Dammii*, a *Frid. Schulzio* et postea a *Conr. Levezow* auctum et emendatum, atque novis et satis elegantibus figuris, secundum exempla antiqua delineatis, ornatum (Berol. ap. Sander 1803. ed. noviss. ib. 1814. 8. [1 Thlr.]), *C. Ph. Moritzii* (Berol. ap. Unger. 1791. et saep. 8. c. fig. ex gemmis antiquis adumbratis [1 Thlr.]), *Fr. Gu. Hempelii* (Lips. ap. Hinrichs 1803. 8. c. fig. [1 Thlr.]), et *C. Ph. Funkii* (Hannover. ap. Hahn 1808. 8. c. fig. [1 Thlr.]).

Lexicis mythologicis commendanda sunt:

P. Fr. Ach. Nitsch neues mythol. Wörterb., nach den neuesten Berichtig. für stud. Jünglinge und angehende Künstler. Lips. ap. Fleischer 1793. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.) et instar omnium:

C. A. Böttiger und Fr. Maier Allgemeines myth. Lexicon, aus Originalquellen bearb. Vimar. in Indust. Compt. c. fig. maj. 8. *Vol. I.* (cont.: *die nicht klass. Mythol.*) ps. 1. 2. 1803 — 4. (6 Thlr. 18 Gr.) *Vol. II.* (cont.: *die alt-klass. Mythol.*) auct. *Jo. God. Gruber.* ps. 1. 1810. (3 Thlr.) ps. 2. 1811. (2 Thlr.) ps. 3. sive *Vol. III.* 1814. (2 Thlr. 12 Gr.)

In hoc libro operoso summaque cum cura et diligentia elaborato, Graecorum et Rom. mythologia inprimis plene et accurate pertractata est.

Juventutis usui aptus est libellus *A. E. Klausingii: Versuch einer mythol. Dacty-*

liothek für Schulen oder Einleit. in die griech. und röm. Götterlehre, zur Erläut. der klass. Schriftst. und Denkmäler der Kunst auf antiken geschnitt. Steinen. Lips. ap. Rost. 1781. maj. 8. c. fig. (15 Thlr.) et

Joh. Ferd. Roth mythol. Dactyliothek. Norimb. ap. Stein 1805. maj. 8. c. 2. fig. et XC. gemmarum imaginibus sulphure expressis. (1 Thlr. 8 Gr.)

Ad §. 7.

Horatii Tursellini liber *de particulis L. L.* germanice versus et retractatus est in: *Uebersicht aller zum lat. Sprachstudium gehörigen Partikeln. Nach Anleit. des Tursellin. Werks für Schulen.* Cizae ap. Webel 1807. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Ad libellum *Chr. G. Schützii Doctrina particularum L. L. Acced. ratio consecut. temporum ac modorum lat. sermonis, nunc primum plane exposita.* Dessav. 1784. 8. Ps. I. (16 Gr.) *Additamenta* scripsit *G. S. Franke.* Slesv. 1802. 8.

De *differentiis verborum* utilem edidit librum *Jo. Chr. Theoph. Ernesti* (Prof. quond. Lips.) in: *Versuch einer allg. lat. Synonymik, in einem Handwörterb. der synon. Wörter der classisch lat. Sprache. Aus dem Franz. des Hrn. Gardin Dumesnil Synonymes latins. Zum Gebr. für Deutsche bearb. von J. C. G. Ernesti.* Lips. ap. Baumgärtner 1799—1800. maj. 8. III Vol. (5 Thlr. 12 Gr.)

Negandum non est, operis molem admodum contrahi potuisse, si quidem editor non tam multa vocabula tanquam synonyma proposuisset atque prolixius illustrasset, quae nemo unquam facile pro synonymis esset habiturus. De differentiis autem particularum tacet opus.

De *recto temporum usu* egregie scripserunt *Gust. Schadeloock* (Prof. philos. in ac. Rostoch.): *Von den Zeiten der Zeitwörter und ihrem Gebrauch im lat. Geschichtsstil.* (Rostoch.) impr. ap. Adler. 1797. maj. 8. (8 Gr.) et *Jo. Chr. Fr. Dietz* (Rect. schol. Ratzeburg.) in: *Beytrag zur genauern Bestimmung der Lehre von dem Gebrauch der Zeiten, besonders in der lat. Sprache.* Ratzeb. 1807. 8. Continuatio, quae prodiit ib. 1808. 8. habet inscriptionem: *Abhandl. über die Folge der temporum; als Fortsetz. des vorjähr. Beitrags.*

De *constructione Accusativi cum Infinitivo*, ejus origine et indole, docte disseruit *Guil. Wachsmuth* (Gymn. Hal. conjunctus colleg.) in Disp.: *De Accusativo cum Infinitivo.* Hal. ap. Hendel. 1815. 8. (6 Gr.)

De *recto vocabulorum ordine et constructione* libellum edidit *Chr. Gottl. Broeder: Die entdeckte Rangordnung der lat. Wörter, durch Eine Regel bestimmt und aus den Schriften des Cicero für die ganze Syntax völlig klar gemacht und bewiesen; mit erläut. Anmerk. Eine neue Ciceronian. Chrestomathie.*

Hildes. ap. Gerstenberg. in comm. 1816. 8. II Part. (18 Gr.)

Utilis sane est libellus, licet vere nihil novi exhibeat. Una videlicet, quam sibi detexisse visus est auctor, regula, notum illud est praeceptum, ab ipso auctore jam in Grammsua majori §. 645. datum: vocabulum illud, in quo sonus sedet, praeponendum est ei vocabulo cum illo conjuncto, in quo non est sonus. Enimverò in eo errare auctorem, cum quod statuat, in unaquaque enunciatione unam quamcumque esse vocem, in qua sit sonus, tum quod opinari videatur, non aliter fieri posse, ut aliqua cogitatio prae ceteris insigniatur, quam praeponendis singulis vocabulis, jam alios viros doctos notare memini.

Consulendus hîc quoque est cl. *Jo. A. Goerenz* in docta commentatione: *de soni sede et ratione in singulis enunciationibus*, quae annexa est editioni Ciceronis librorum de legibus. Lips. in libr. Weidmann. 1809. maj. 8.

Vocabulorum rectum vereque latinum ordinem et collocationem luculentissime monstravit *M. Benj. Frid. Sohmieder* (Rect. quond. Gymn. Hal.) in libro perutili atque adolescentibus linguae lat. studiosis valde commendando: *Anleit. zur feinern Latinität, in Uebungen und Anmerkungen.* Hal. ap. Hemmerde 1797. 8. *Vol. I.* (18 Gr.) *Vol. II.* 1805. (1 Thlr.)

Libellus exhibet themata latine vertenda (vitas Virgilii, Corn. Nepotis, Horatii, Livii, Jul. Caesaris, introductiones historicas in varias Ciceronis orationes et al.), in quibus consecutio vocabulorum vere latina numeris, cuique vocabulo inscriptis, commonstratur; animadversiones autem varias suppeditant observationes, quae ad comparandam interiorem sermonis latini cognitionem plurimum facere possunt.

Theoriam verbi, quam dicunt, *Stoicam*, in veterum Grammaticorum, inprimis Varronis, libris obviam, atque ab *Harris* et *Reiz* (Diss. de temporibus et modis verbi gr. et lat.) accuratius adumbratam, recoxit et exornavit *M. Jo. Theoph. Plüschke* in libello: *Das lat. Verbum nach einer, noch wenig bekannten, vollständigen, ganz naturgemäßen und sehr faßl. Ordnung der temporum ausgearb., und in 14 Tabellen für den Elementarunterricht in der lat. Sprache symmetrisch dargestellt.* Lips. ap. Fleischer jun. 1814. fol. (1 Thlr.)

Varia linguae latinae idiomata illustravit *A. Schmittson* in: *Geist der lat. Sprache in einzelnen Wörtern, Ausdrücken und Redensarten.* Lips. ap. Rein. 1804. maj. 8. (1 Thlr.)

Ad §. 8.

Inter *lexica* latino-germanica primas ad hucusque tenet *Im. Jo. Gerh. Schelleri Ausführl. und möglichst vollständ. Lexicon* etc. cujus *tertia* editio plane retractata et insigni-

tionem in nota ad hanc §. injecit b. *Harlesius*, iterum prodiit s. t.: *Totius latinitatis Lexicon, consilio et cura Jac. Facciolati, opera et studio Aegidii Forcellini, alumni seminarii Patavini luculbratum.* Edit. II. emend. Patav. typis Seminarii (Lips. in Weigelio commiss.) 1814. f. IV. Tom. (25 Thlr.)

Inter *Grammaticas* latinas principatum tenent majores *Schelleri*, *Broederi* et *Seyferti*. Ad usum, quem dicunt, practicum atque scholasticum praestat *Broederiana*, idque inprimis propter exemplorum bene delectorum copiam. Undecima ejus editio auctior et emendatior prodiit Lips. ap. Vogel. 1816. maj. 8. (16 Gr.). Qui vero accuratiorem, pleniorem subtilioremque sibi comparare velit latinae linguae cognitionem, is legat relegatque sedulo *Schellerianam* majorem, ejusque nisi *quartam* editionem (Lips. ap. Fritsch. 1803. maj. 8. [1 Thlr. 8 Gr.]), certe *tertiam* (ib. 1790. [1 Thlr.]), quae plane est retractata atque duabus prioribus editionibus dimidio propemodum auctior; et magis etiam *Seyfertianam* (*Ern. Jos. Alex. Seyfert auf Geschichte und Kritik gegründ. lat. Sprachlehre für Lehrer und Lernende.* Brandenb. ap. Leich 1798—1802. maj. 8. V. Vol. [3 Thlr. 12 Gr.]), cujus duo inprimis priores tomi non satis tractari poterunt a linguae lat. studiosis. Cum harum Grammaticarum lectione conjungendum est accuratum studium operis aurei *Fr. Sanctii Minervae s. de causis L. L. commentarius*, cum egregiis *Jac. Perizonii*

gonii animadversionibus. Majorem etiam utilitatem ac praestantiam adjectis animadversionibus suis praeclaris operi conciliavit *Car. Lud. Bauer* in editione, cujus mentionem jam injecit Harlesius (Suppl. Vol. I. p. 68.): Lips. ap. Barth. 1795—1801. maj. 8. II. Vol. (4 Thlr.). Inter Batavos hunc librum perpetuis uberrimisque animadversionibus illustravit *Everh. Scheidius. Edit. VII.* Amstel. (Gothae in Ettingero commiss.) 1809. maj. 8. (8 Thlr. 12 Gr.), quae num nova plane sit editio, an repetitio tantum editionis *Ultrajectinae* a. 1795., quae *quinta* dicitur atque ejusdem est inscriptionis (v. Harles. l. c.), equidem non certo scio.

Jo. God. Hassii libellus *de causis stili lat., in us. lection.*, in editione *altera* passim auctior et emendatior prodiit Jenae ap. Croeker. 1802. 8. (10 Gr.)

Reliquis Grammaticae lat. compendiis, quae annotavit *Harlesius* in Suppl. vol. I. p. 64 sq. et in Analect. vol. II. p. 480 sqq., addimus:

Minorem *Schelleri ed. IV.* emendatam et maximam partem retractatam a *Frid. Guil. Doering.* Lips. ap. Hahn. 1813. maj. 8. (8 Gr.)

Minorem *Broederi*, ed. XIII. Lips. ap. Vogel. 1815. maj. 8. (8 Gr.)

Minorem *Seyferti.* Brandenb. ap. Leich. 1804. 8. (10 Gr.). *Ed. alt.* copioso indice aucta. Magdeb. ap. v. Schütz. 1810. 8. (10 Gr.)

Ad. Ferd. Bernhardi vollständige lat.

Gramm. für Schulen und Gymn., oder neue verbess. vollst. märk. lat. Gramm., nebst Chrestom. und Wörterb. Berol. ap. Nicolai 1795—1797. 8. II Vol. (21 Gr.)

Joh. Andr. Rizhaub neue lat. Sprachlehre. Brunsv. in libr. schol. 1798. 8. (18 Gr.) — Ejusd. Grammatica lat. minor in us. tironum ib. 1798. 8. Ed. II. 1807. 8. (6 Gr.)

Joh. Gottl. Graesse Grammm. der lat. Sprachl. Lips. ap. Schwickert 1798—1800. 8. III Vol. (1 Thlr. 20 Gr.)

Chr. F. Roth lat. Sprachl. Stuttg. ap. Metzler. 1801. maj. 8. Edit. alt. ib. 1809. maj. 8. (16 Gr.)

Joh. Chr. Koken lat. Sprachl., nach einem neuen Plan bearbeitet. Brunsv. in libr. schol. 1804. 8. (10 Gr.)

Helfr. Bernh. Wenk lat. Sprachl. für Schulen. Francof. ap. Varrentrapp. ed. VI. 1811. maj. 8. (12 Gr.) Ed. VII. plane retractata a *Dr. Geo. Frid. Grotefend* ib. 1814. maj. 8. (15 Gr.). *Vol. II.*, quod addidit *Grotefend* (1816. [15 Gr.]), continet prosodiam et orthographiam cum appendice, luculenter et perspicue pertractatam.

G. L. O. Plagemann erleichterte lat. Gramm. für Anfänger. Rost. ap. Stiller 1808. 8. II Vol. (1 Thlr.)

G. F. Hoffmann lat. Sprachl. in system. Ordnung. Manhem. ap. Loeffler, ed. nova 1808. maj. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Neue lat. Sprachl. für Schulen und zum

Selbstgebrauche systemat. bearbeitet von Fr. Herrmann und Karl Benj. Schade. Lips. ap. Hinrichs. 1805 et saepius. maj. 8. (16 Gr.)

K. Fr. Aug. Brohm lat. Gramm. für Schulen, nach Anleit. der gröfsern lat. Gramm. March. Berol. ap. Schöne 1813. 8. (12 Gr.)

Jac. Brand deutsche und lat. Sprachl. für Schulen. Francof. ad M. ap. Andreae 1801 — 1803. maj. 8. II Vol. (1 Thlr.)

Joh. Fried. Memmert Versuch einer pract. und vergleichenden deutsch. und lat. Sprachl. Erlang. ap. Palm 1803. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Libellus utilissimus *Car. Lud. Baueri: Anleit. zum richt. und guten Ausdruck der lat. Sprache*, in editione *tertia* insigniter auctus et emendatus prodiit Vratisl. ap. Korn. 1798. 8. (16 Gr.)

Sed haec sufficiant, ne ultra lineas vagari videamur; qua de causa eos etiam libros, bene multos et paene innumeros, in quibus exempla latine scribendi proponuntur, hoc loco praetermittendos esse arbitrati sumus. Qui tamen plura cupiant, eos ablegamus ad *Dr. Jo. Severini Vateri* librum: *Literatur der Grammatiken, Lexica und Wörtersammlungen aller Sprachen der Erde, nach alphab. Ordnung der Sprachen, mit einer gedrängten Uebersicht der Schicks. und Verwandtschaft derselben.* Berol. ap. Nicolai 1815. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.). Etiam latine sub tit.: *Linguarum totius orbis index alphabeticus, quarum grammaticae, lexica, collectiones vocabulorum*

recensentur, patria significatur, historia adumbratur.

Ad §. 9.

Iis libris, quorum lectio meliorem veterum auctorum classicorum intelligentiam multimodis adjuvare possit, pauci adhuc possunt adjungi.

Eae disciplinae, quae ad intelligendos auctores veteres classicos potissimum spectant, conjunctim idque, siquidem summam respexeris, satis plerumque bene pertractatae sunt in libro operoso utilique, supra jam annotato: *Neues Real-Schullexicon, enthaltend die zur Erklär. der alten Klassiker nothwend. Hülfswissenschaften, vornämlich Geographie, Geschichte, Philosophie, Alterthümer und Mythol. In Verbind. mit einigen Gelehrten herausg. von C. Ph. Funke.* Brunsv. in libr. schol. 1800 — 1805. maj. 8. V Vol. (16 Thlr.) et Compendium hujus operis s. t.: *Kleines Real-Schullexicon. Ein bequemes Hülfsmittel für die stud. Jugend zum Verstehen der alten Klassiker. Herausgegeben von C. Ph. Funke.* Hamb. ap. Vollmer 1804 — 5 maj. 8. II Vol. (3 Thlr. 12 Gr.) — Simile opus inchoavit *A. F. Höpfner: Real-Lexicon zur Erklärung der griech. und röm. Klassiker.* Erford. ap. Keyser. 1803. maj. 8. *Vol. I.* (Lit. A — C.) [1 Thlr.]. Huc pertinet etiam: *Bibliotheca classica s. Lexicon, quo nomina propria pleraque apud scriptores gr. et roman. maxime classicos obvia*

illustrantur. Ed. alt. auct. et emend. Daventr. (Lingae in Jülicher. commiss.) 1816. maj. 8.

Memorandum hoc quoque loco est opus praeclarum *Jo. Chr. Theoph. Ernestii: Lexicon technologiae Latinorum rhetoric.* Lips. ap. Fritsch. 1797. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Cum ad recte intelligendos, interpretandos et emendandos poetas veteres maxime necessaria sit, *artis metricae* cognitio accurata, iis, qui illius studio operam navare velint, commendamus instar omnium praeclaros libros *Godofr. Hermanni* (Prof. Lips. cel.), qui et de hoc literarum genere optime meruit. Primum edidit ille:

De metris poetarum graecorum et romanorum libr. III. Lips. ap. G. Fleischer. 1796. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.). Hunc librum, imminuto exemplorum, ad singula versuum genera congestorum, numero, omissisque corruptorum locorum emendationibus, additis autem variis correctionibus et illustrationibus, commodiorem intellectuque faciliorem reddidit in:

Handbuch der Metrik. Lips. ap. G. Fleischer. jun. 1799. 8. (1 Thlr.) — Plenissime tamen hanc materiam pertractavit in libro:

Elementa doctrinae metricae. Lips. ap. Fleischer. j. 1816. maj. 8. (3 Thlr. 12 Gr.)

Primae hujus doctrinae lineae in usum tironum ductae sunt in libello: *Anleit. zum lat. Sylbenmaaſs und Versbau.* Monach. 1802. 8. (4 Gr.)

Iis adolescentibus, qui in hoc studium in-

cumbunt, atque adeo in pangendis versibus latinis ipsi pericula facere et exerceri cupiunt, non inutilis erit: *M. Car. Henr. Sintenis Gradus ad Parnassum s. promtuarium prosodicum, syllabarum lat. quantitatem, hujusque regulas praecipuas, et synonymorum, epithetorum, phrasium, descriptionum ac comparationum poeticarum copiam continens; et in usum juventutis scholast. editum.* Züllichav. ap. Darnmann. 1816. 8. II Vol. (1 Thlr. 12 Gr.) et: *Anleitung zur Kenntniſs der Dichtkunst des alten Roms und dessen vorzüglichsten Dichter, für Liebhaber der röm. Dichtkunst und Anfänger im Studium derselben. Aus dem Franz. mit Anmerk. und Berichtig. von N. A. Heiden.* Norimb. ap. Geyer 1815. 8. II. Vol. (1 Thlr. 4 Gr.)

Ad Suppl. Vol. I. pag. 73. lin. 28.

Joh. Fried. Degen Nachtrag zur Literatur der deutsch. Uebersetzung. der Röm. Altenb. 1800. 8.

Supplementum libri *L. W. Brüggemanni: A View of the English Editions* etc. (l. c. p. 74. init.) prodiit Stettin. 1801. 8.

Ad l. c. pag. 74. lin. 22.

Huc pertinet etiam: *Dictionnaire de bibliographie française.* Paris. in bureau de bibl. franç. (Lips. in Fleischer. jun. commiss.) 1812. maj. 8. Tom. I. II. (6 Thlr.). Auctor hujus libri operosi, XXIV tomis absolvendi, est *Guil. Fleischer.*

CAPUT II.

DE ADOLESCENTIA L. L.

A BELLO PUNICO SECUNDO VSQUE AD CICERONIS AETATEM.

§. 4.

Q. Ennius.

Ad pag. 84. sect. 4.

Pauca valdeque mutila, quae adhuc apud varios scriptores veteres reperiuntur, *Medeae* tragoediae fragmenta ex Hesselii editione descripsit, Euripidis loca, quae Ennius forsan ante oculos habuit, apposuit, novis, summa cura et diligentia undique collectis, auxit et docto commentario illustravit *Dr. Henr. Plank* in edit., cujus haec est inscriptio:

Q. Ennii Medea, commentario perpetuo illustrata, cum fragmentis, quae in Hesselii, Merulae aliisque hujus poetae editionibus desiderantur. Accedit disp. *de origine atque indole veteris tragoediae apud Romanos* auctore *Dr. Henr. Plank.* Gotting. ap. Baier. 1807. 4. (18 Gr.)

Quae in prolegg. de origine atque indole veteris tragoediae apud Romanos disputantur, lectu sane dignissima sunt, licet omni-

bus auctoris sententiis ac cogitatis vix assentire possis. Ceterum haec editio, quae magis ab interpretatione docta, quam ab arte critica commendatur, perutilis et grata erit iis, qui legendis istis Ennii fragmentis accuratiorem antiquae linguae Romanae cognitionem sibi comparare cupiant.

Haec *Medeae* Fragmenta denuo collecta et emendata edidit *Frid. Osannus* in: *Analectis Criticis poesis Romanorum scenicae reliquias illustrantibus* etc. Berol. ap. Dümmler. 1816. 8. cap. VI.

§. 5.

M. Porcius Cato.

Ad pag. 88. lin. 21.

Des M. Porcius Cato Beschreibung eines Wein- und Oel-Kelterhauses, durch erklär. Anmerk.- und Abbildung. ins Licht gesetzt von Jens Bang etc. *Aus dem Dän. übertragen von J. A. Markussen.* Mit 3 Kupf. Kopenh. und Leipz. ap. Schubothe 1805. 8. (12 Gr.)

Illustratur cap. 18. et 19. Num vero ejusmodi aedificii structura ex Catonis adumbratione plane sit perspicienda, atque adeo illius imagines antiquum Romanorum torculare vere repraesentent, merito videtur addubitandum.

§. 6.

M. Accius Plautus.

Ad pag. 94. lin. 18.

Nitida et correcta est editio: *M. A. Plauti Comoediae superstites XX., novissime recognitae, ac notis et indice verborum illustratae* (a *Spann.*) Vindob. 1792—94. min. 8. V Vol. c. fig.

M. A. Plauti quae supersunt Comoediae ac deperditarum Fragmenta, ad optimorum exemplarium fidem recensita atque prooemio, argumentis et indice rerum instructa a Benj. Frid. Schmieder. Gotting. ap. Dietrich. 1804. maj. 8. (2 Thlr. 4 Gr.) Separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in M. A. Plauti, quae supersunt, Comoedias, conscriptus a B. Frid. Schmieder. ib. eod. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

In textu constituendo Gronovium utplurimum secutus est editor; quaedam tamen passim ex suo ingenio saepe haud infeliciter mutavit, neglectis fere recentiorum criticorum textus emendationibus. A metris Plautinis rite constituendis plane abstinuit. Commentarius, in quo manifesta nimiae festinationis deprehenduntur vestigia, loca obscuriora pariter ac faciliora intellectu modo parcius modo fusius explicat, atque optima quaeque tantum ex superioribus interpretibus excerpta atque in compendium redacta proponit. Lau-

dem merentur argumenta diligenter elaborata, quae singulis fabulis praefixa sunt. In prooemio de vita Plauti, de ejus moribus, ingenio, latinitate et editionibus justo fere brevius disputatur. Textui additus est index rerum memorabilium. Ceterum haec editio est Vol. V. Classicorum Rom. Scriptorum, qui moderante cl. *Rupertio* hac forma et ratione eduntur.

M. Atti Plauti Comoediae, in usum elegantiorum hominum edidit Frid. Henr. Bothe. Berol. ap. Kuhn. 1809—11. IV. Tom. maj. 8. (13 Thlr. 12 Gr.)

Eminet venusta haec editio eo potissimum inter alias, quod editor metris Plautinis recte constituendis singularem accuratamque navavit operam, indeque in emendando restituendoque contextu permultum profecit. Praeterea optimis editionibus antiquioribus, atque adeo codd. nonnullis nondum collatis adjutus fuit, quapropter innumeris locis textum exhibuit multo quam ante emendatiorem, sensumque et intelligentiam poetae reddidit expeditiorem. Volumen quartum complectitur annotationes.

Ad pag. 94. lin. 19.

Inter eos, qui singulas Plauti comoedias ediderunt, eminet *Godofr. Hermannus* (Prof. Lips.), qui *Trinumum* e sua textus recensione tanquam specimen novae editionis,

commentario instruendae, in lucem emisit Lips. 1800. maj. 8. (12 Gr.)

Militi glorioso laudabilem operam navavit *Danzius* in editione sua:

M. A. Plauti Miles gloriosus, c. notis superiorum interpretum selectis atque suis edidit Jo. Traug. Lebr. Danz (Phil. Dr. et schol. Jen. Rect., in praes. Prof. Jen.) — Praemissa est epist. ad *Eichstadium*, Prof. Jenens. Vimar. ap. Gaedicke 1804. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Textus est Gronovianus, sed ab editore partim suo ingenio ac sensu, partim Acidalii*) auctoritate ducto, modo feliciter, modo nimis audacter nullaque urgente necessitate passim refictus. Commentarius perpetuus, textui substratus, in quo etiam, id quod praecipua laude videtur insigniendum, diligenter significata est actio theatralis, perutilis erit adolescentulis iis studiosis, qui Plauti lectione nondum imbuti ejus delicias certe primoribus labris degustare velint.

M. A. Plauti Comoediae IV. Aulularia, Captivi, Curculio et Trinumus, in usum schol. separatim typis exscriptae. Hal. in libr. Orphan. 1810. 8. (8 Gr.) Sine notis.

---

*) *Valens Acidalius*, qui postremo Rector Nissae vixit, ibique 1595. emortuus est, critica pariter sagacitate ac poetico ingenio excelluit, atque scripsit *Divinationes et interpretationes Plautinas*, quas *Jan. Gruterus Lampadi criticae* suae inseruit.

M. A. Plauti Captivi et Menaechmi ex rec. Gronovii c. variet. lect. et notis perpetuis in us. schol. accommodavit C. A. Menzel. Vratisl. 1811. 8. (16 Gr.)

Textui sanando criticam manum non adhibuit editor. Notae tritas plerumque res illustrant. Ceterum loca, quibus verecundi adolescentulorum animi possint offendi, merito resecta sunt.

Ad pag. 95, lin. 6.

De versione illic notata (Berol. 1784. 8. Vol. I.) notandum, quatuor inesse fabulas oratione pedestri in linguam vernaculam versas, nimirum *Captivos* a *Lessingio*, *Trinummum* a *Goldhagenio*, *Rudentem* ab *eodem* et *Aululariam* a *Kayserо* (jam Cellae 1743. 8. in lucem emissam, atque hic a *Mylio* emendatam).

Omnes Plauti fabulas in linguam germanicam vertere atque c. contextu latino edere coepit *A. C. Borheck* (Prof. Duisb.):

M. A. Plautus Lustspiele verdeutscht. 1. Bd. 1. Th. (*Amphitruo*) Colon. ap. Oedenhoven 1803. maj. 8. (1 Thlr.) Simili modo jam antea ediderat *Captivos* (cfr. Suppl. Vol. I. p. 106.), sed neutra versione virorum doctorum desideriis satisfecit. Si qua in re excellunt hae versiones, est sane in imitando vel potius augendo plebejo ac sordido sermone, quem Plautinarum fabularum virtutem velut primariam existimare videtur interpres.

Der prahlerische Krieger. Aus dem Lat. des Plautus metrisch übersetzt (von *K. Fr. Mally*) *in 5 Acten.* Berol. ap. Froelich. 1805. 8. (12 Gr.)

In hac misera versione ingeniosum salibusque ac facetiis saepe subtilioribus delectantem poetam vix recognoveris.

Melior lux Musis Plautinis affulsit *Danzii* et *Kuffneri* laboribus. Prodierunt nempe:

M. Accius Plautus. Lat. und deutsch von Dr. Joh. Traug. Lebr. Danz. Lips. ap. Schwickert 1806 — 11. maj. 8. IV Vol. (9 Thlr. 12 Gr.)

M. Accius Plautus sämmtl. Lustspiele. Aus dem Lat. metrisch übersetzt und mit Anmerk. begleitet von Chr. Kuffner. Vindob. ap. Doll. 1807. 8. V. Vol. (8 Thlr.)

Utraque versio suas habet virtutes propriasque meretur laudes. *Kuffneri* tamen versioni laus majoris fidei sine dubio est tribuenda. *Danzius* contra, neglecta saepius fide, suis salibus ac facetiis auxit adeo Plautinas, quo permultis in locis propria poetae verba ac sententias commutavit. Praeterea metris quoque Plautinis suos versus *Kuffnerus* magis accommodavit, quam *Danzius*, licet neuter plane illa secutus sit. Ceterum *Danzii* versio magis placebit iis, qui latinae linguae expertes Plautum eo tantum consilio legere cupiant, ut ridendi animumque exhilarandi materiam inde hauriant. Huic sane consilio in *Danzii* versione, ea qua usus est

licentia, optime et magis satisfactum videbis, quam in *Kuffneriana*. *Kuffnerus* versioni suae tractatum quoque de re veterum theatrali praefixit, in quo de historia, indole ac ratione veteris comoediae, nec non de vita, ingenio et moribus Plauti breviter disseritur. Paucae illae, quae in fine additae sunt, notulae meliorem poetae intelligentiam bene adjuvant.

Lustspiele des Markus Accius Plautus, in alten Sylbenmaaſsen deutsch wiedergegeben, mit Einleitung. und Anmerk. von Georg Gust. Sam. Köpke (Prof. Gymn. Berol.) Berol. ap. Weiss. 1809. maj. 8. Tom. I. (1 Thlr. 20 Gr.)

Continet *Aulul.*, *Capteiv.*, *Cistell.* et *Mostell.* Legem hanc sibi primariam imposuit interpres, ut, quantum fieri potuit, metra Plautina plane sequeretur in versione, quoniam extra dubium positum sit, ex tam crebra metri Plautini mutatione ejusque ad singulas scenas atque personas accommodatione pendere potissimam vim fabularum generalem atque praestantiam. Fatendum sane est, hunc interpretem, sive versuum structuram, sive fidem diligentemque et accuratam actionis theatralis notationem, sive comici denique sermonis imitationem, salvo tamen honesti ac decori sensu, respexeris, palmam facile superioribus praeripuisse. In prolegg. de vita et ingenio Plauti, de metris Plautinis, de origine et incrementis artis dramaticae apud Romanos, de histrionibus eorum-

que conditione civili apud eosdem copiose satis et intelligenter disseruit. Singulis fabulis praemissa est introductio, in qua illarum argumentum uberius explicatur. Paucae annotationes, versioni substratae, ad illustrandas res sensumque verborum sufficiunt.

Ad pag. 96. sect. 6.

Fr. Guil. Ehrenfr. Rostius (Rect. et Prof. schol. Thom. Lips.) scripsit *Plautinorum capediorum Ferculum I—VII.* Lips. impr. ap. Klaubarth 1811—16. 4., in quibus difficiliores singularum fabularum locos illustrare corruptosque sanare ac restituere felicissimo saepius cum successu conatur. Futuro igitur Plauti editori hae dissertationes summopere sunt commendandae.

Doctas conjecturas in Plautum proposuit *Casp. Jac. Chr. Reuvens* in *Collectaneis litterariis s. Conjecturis in Attium, Diomedem* etc. *cap. VII.* Lugd. Bat. ap. Hazenberg. jun. (Lips. in librariae Weidmann. commiss.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.) Plenam libri inscriptionem vide in Suppl. nostris ad §. 6. Prolegg.

De Prologis Plautinis doctam commentationem scripsit *M. God. Aug. Bened. Wolff.* (Lyc. Guben. Conr.). Guben. 1812. 4. Insunt praeterea in hac dissertatione variae observationes criticae ad *F. H. Bothii* potissimum editionem spectantes.

Locos Punicos, qui in *Poenulo* reperiuntur, minime esse voces absque sensu ac significa-

tione (id quod suspicati sunt viri quidam docti) demonstrare, eosque laudabili cura explicare tentavit *J. J. Bellermann* (Prof. Berol.) in: *Versuch einer Erklärung der punischen Stellen im Poenulus des Plautus. Drey Programmen.* Berol. ap. Maurer 1808. 8. (16 Gr.) Praemissa est dissertatio de lingua Punica.

Iis adolescentulis, qui ex Plauti lectione primum velut sensum capere cupiunt, hunc utilem commendamus librum:

Ausgewählte Stücke aus den Dramat. Dichtern der Römer, dem Plautus, Terenz, Seneca u. a. — von Dr. Chr. D. Koeler (Rect. Gymn. Detmold.) *Nebst einer Abhandl. über das Theaterwesen der Griechen und Röm.* Stendal ap. Franzen 1794. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Ex Plauti fabulis in hac chrestomathia *Captivi* integri typis exscripti sunt, neque tamen notis neque argumentis singularum scenarum instructi. Ex reliquis fabulis optima quaeque loca proponuntur, additis brevibus argumentis. Paginae 515 — 638 complectuntur doctam dissertationem de veterum re theatrali, ex fontibus ipsis, diligenter notatis, maximam partem haustam.

M. Accii Plauti Fragmenta inedita, item ad P. Terentium Commentationes et picturae ineditae, inventore Angelo Majo, Bibl. Ambros. a L. L. Orient. Mediol. regiis typis. 1815. maj. 8. c. II. tab. aen.

Depromta sunt haec Plauti fragmenta e codice palimpsesto sive rescripto bibliothecae

Ambros. Mediol., Antoninorum, ut editori videtur, aetati assignando, in quo septimo circiter saeculo quidam veteris Testamenti libri erant rescripti. Plerasque hic codex complexus erat Plauti fabulas, atque ipsam Comoediam XXI., a Varrone Plauto tributam. Enimvero cum prior scriptura a seriori ita esset obscurata, ut in plerisque locis plane fere evanuerit, nec non codex ipse valde mutilus esset et laceratus, singuli tantummodo versus singulaque verba indefesso docti editoris studio inde erui potuerunt. Nihilominus tamen vel hi singuli versus (sunt circiter LX. versus, qui integri legi potuerunt) aliorumque singula verba, varia loca vulgatae recensionis corrupta et vexata optime nonnunquam illustrant et expediunt, atque futuro inprimis Plautinarum fabularum editori haudquaquam sunt negligenda. — Codex *Terentii*, quem itidem in bibliotheca Ambros. detexit cl. editor, et ipse erat mancus; deerat enim integra Andria et pars Eunuchi una cum fine Phormionis. Ceterum nono saeculo assignandus videtur editori. Exhibet hic codex permultas lectiones praeclaras crebraque glossemata et scholia quaedam in margine posita, quae vero editor in praesentia nondum evulgare voluit. Praeterea picturis ornatus est hic codex, quae venustiores habentur iis, quas exhibet ejusdem generis codex Vaticanus. Tres illarum, aeri incisas, communicavit editor. Addita insuper est ab editore ex

tribus Cdd. Mss. brevis vita Terentii, hucusque inedita, quae ex codice pervetusto fertur excerpta.

Denuo haec Fragmenta Plautinarum fabularum edita sunt a *Frid. Osanno* s. t.:

Analecta critica poesis Romanorum scenicae reliquias illustrantia. Scripsit Frid. Osannus, Vimariensis. Insunt Plauti Fragmenta ab Angelo Majo in codice Ambros. nuper reperta. Berol. ap. Dümmler. 1816. 8.

In capitibus quatuor prioribus historia poeseos Romanorum antiquioris critica adumbratur, in tribus sequentibus Graecorum et Romanorum dramata inter se comparantur, ut, quid Romanorum dramati peculiare sit, quidve ex Graecorum adscitum, appareat; posteriora capita ad criticam Plautinarum fabularum tractationem spectant. Adhibuit editor codicem praestantem membranaceum Berolinensem, octo priores Plauti fabulas complectentem, aliusque codicis membranacei Monacensis variantes lectiones excerptas, emendationes denique manu scriptas h. *Reizii*, aliaque auxilia critica. Praeclare monstrantur causae interpolationum Plautinarum fabularum earumque corrigendarum specimina probabilia proponuntur. In pluribus locis discessit editor ab Angelo Majo, nec immerito. Omnino acuminis exquisitionisque doctrinae laude commendatur libellus.

§. 9.

P. Terentius.

Ad pag. 108. lin. 27.

Bipontina editio recusa est Bipont. 1786. maj. 8. Tom. II. (1 Thlr. 10 Gr.). Notandum est, b. *Jo. Frid. Roosium* in commentario exegetico-critico, quem egregiae versioni suae Terentii (Giess. 1794—96. 8 maj. Tom. II. [2 Thlr. 4 Gr.]) adjunxit, supplementa dedisse ad editionem *Bipontinam*, quam merito optimis, quae unquam scriptori classico contigerint, accenset editionibus.

Ad eand. pag. lin. ult.

J. G. Lenzii editio ex rec. Lindenbrogii c. not. varior. repetita sive potius novo tituli folio ornata est Jenae 1785. 8. Tom. II. (1 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 109. lin. 17.

P. Terentius Afer. Roterod. (Lips. in Breitkopf. commiss.) 1805. 16. (16 Gr.)

Venusta criticaque est editio: *P. Terentii Afri Comoediae, in usum elegantiorum hominum edidit Fr. Henr. Bothe.* Berol. ap. Unger. 1806. 8. c. icone a *Boltio* incisa. (1 Thlr. 16 Gr.)

Codicem pervetustum, in bibliotheca ad aedem D. Mariae Halensi hucusque latentem scholiisque instructum in lucem protraxit, ex eoque comoedias Terentii edidit *Paul. Jac. Bruns.* Haec est editionis inscriptio:

P. Terentii Afri Comoediae VI. Textum ad fidem codicis Halensis antiquissimi, Criticis nondum cogniti, edidit, variam editionum lectionem annotavit, scholia, a vulgatis diversa, ex eodem cod. descripsit et cel. Ruhnkenii dictata in Terentium, necdum typis impressa, adjecit Dr. Paul. Jac. Bruns (Philos. quond. Prof. Hal.) Hal. in libr. Renger. 1811. maj. 8. Tom. II. (2 Thlr. 8 Gr.)

In praefatione codex ille accuratius describitur. Membranis est inscriptus, in folio minori, versibus haud distinctis, atque integras complectitur Terentii fabulas. Praecedit antiqua illa vita Terentii, quam Abr. Gronovius jam ex codice Oxon. descripsit, quae vero hic plenior atque correctior legitur, quam in edd. Westerhovii et Zeunii. Literae minusculae, sicut compendia scribendi, decimum vel undecimum produnt seculum. Specimen characteris hujus cod. ms., aeri incisum, adjunxit editor. Scholia et glossae, quae partim textui interposita, partim margini adscripta sunt, non modo interpretationem, sed etiam crisin variantium lectionum atque adeo interpunctionis spectant, et recentiora videntur iis, quae sub Donati et Eugraphii nomine circumferuntur, id quod ex ea, quae passim obvia est, utrorumque inter se consensione argumentari licet. Haec scholia, barbaro, quo scripta sunt, sermone latino, et ipsa decimum vel undecimum redolere videntur seculum. Ceterum commendantur

haec scholia brevitate, perspicuitate, variantium lectionum, etiam in interpunctione, diligenti notatione, atque actionis dramaticae monstratione accurata, licet etiam haud parum falsi et absurdi iis insit. Textus cum scholiis in hac editione accurate, servatis adeo manifestis erroribus, est descriptus. Scholia textui sunt substrata, notata simul editionis Westerhovianae, Zeunianae ac Bentlejanae lectionum varietate. Interpunctionem passim mutavit editor, suumque ipsius hic illic adjunxit judicium, acutum illud et doctum. Cl. *Boettigerus* et *Chr. Lud. Lenzius* cum editore communicarunt non solum *Ruhnkenii* dictata in Terentium, quae, licet res quasdam tritas contineant, atque a textus metrique crisi plane abstineant, multa tamen de proprio dictionis latinae ingenio subtiliter et acute annotata suppeditant variaque poetae loca ex collatis auctoribus graecis, ex antiquitatum doctrina et aliunde egregie illustrant; sed etiam annotatiunculas quasdam b. *Car. Gotth. Lenzii* (Prof. quond. Gymn. Goth.), a fratre ejus, ex illius marginalibus descriptas, quae poetam ex Graecorum maximam partem collatione illustrant. Dolendum est, praestantem hanc editionem, quae critico Terentii lectori vel editori classica est habenda, minus emendate typis esse exscriptam.

Nitide *Terentii Comoediae* sine notis typis

expressae sunt Lips. ap. Tauchnitz. 1812. 16. (12 Gr.)

Singulae Terentii fabulae nostra aetate variae sunt a viris doctis illustratae et in lucem emissae:

Andriam a *G. W. A. Fikenschero* editam jam annotavit *Harlesius* in Analect. Vol. II. pag. 486 sq. Exstat quoque eadem edītio anno 1801. insignita, quae num novo tantum tituli folio sit ornata, equidem nescio. Recocta est Lips. ap. Hinrichs 1809. maj. 8. (8 Gr.)

Idem edidit: *Ausführl. Commentar über die Andria d. Terenz.* Altenb. ap. Rink. 1800. maj. 8. (12 Gr.), quo parum satisfecit virorum eruditorum desideriis.

Versio Germanica *Andriae*, quam indicavit *Harlesius* l. c., itidem a *Fikenschero* parata, prodiit Altenb. ap. Rink. 1801. maj. 8. (6 Gr.)

Copiosiorem etiam in *Andriam* commentarium edidit *Fr. Chr. G. Perlett* s. t.: *Ausführl. Commentar über die Andria des Terenz, nebst Text und Einleit. in den ganzen Terenz.* Ronneb. ap. Schumann. 1805. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Tres Terentii Comoedias, Andriam, Heautont. et Phormionem in usum schol. edidit *Matth. Rathje.* Hafn. 1801. 8.

Fabulam *Heautont.* tironum usibus aptavit *Dr. E. P. Renninger: P. Terentii Heautontimorumenos, ein Lustsp. Mit Andeutungen zur häusl. Vorbereit. der Schüler.* Rigae ap. Meinshausen. 1809. maj. 8. (18 Gr.)

Ad pag. 109. sect. 6.

De Adelphorum Terentii actione scripsit *Dr. G. Scheibner.* Erford. ap. Müller. 1810. 8. (3 Gr.)

In Terentianae Aadriae plurimos deinceps locos, uti in Bentleji editione leguntur, breviter inquirit — M. God. Aug. Ben. Wolff. (Lyc. Guben. Conr.) Guben. 1811. 4.

Bentlejanas conjecturas acute examinavit, plures tanquam vanas rejecit, textum innumeris fere locis ex suo ingenio emendavit variasque inspersit observationes praeclaras.

De praestanti, quamvis manco, codice Terentii, ab *Angelo Majo* in bibl. Ambros. Mediol. reperto, v. ad *Plautum*, sub finem.

Ad pag. 110. lin. 25.

collat. Analect. Vol. II. p. 487.

Pars posterior versionis Terentii germanicae a *Chr. Vict. Kindervatero* in lucem editae, prodiit Jen. et Lips. ap. Frommann. 1800. maj. 8. (Tom. I. II. 2 Thlr. 8 Gr.)

Quoniam vero ei, qui comicos inprimis Romanorum poetas in nostram vertere vult linguam, tam propriae obstant difficultates, ut vix verbum verbo reddere possit, quin rigida exinde atque languens existat versio: non tanta cum fide, quanta in ceteris vertendis scriptoribus merito requiratur, hos poetas esse vertendos, viri quidam docti nostra aetate statuerunt. Praeivit quodammodo *Danzius* in sua Plauti versione. Magis vero etiam has rationes secu-

tus est *Fr. Hildebrand de Einsiedel* in:

Bibliothek der komischen Dichter Roms, in freier metr. Uebersetzung. Lips. ap. Goeschen. 1806. 8. Tom. I. II. cont. Terentii Comoedias (2 Thlr. 12 Gr.). Valde placuit haec versio doctis harum rerum arbitris.

Terentii Eunuchum et Phormionem metrice vertit, neque vero operam suam probavit eruditis hominibus *G. G. S. Köpke* (Prof. Berol.) s. t.: *Terentius Eunuch und Phormio, metr. übers. und mit Einleit. und kurzen Anmerkungen versehen.* Posn. et Lips. 1805. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Novissime Terentii Comoedias in linguam vernaculam transtulit *Jo. Christoph. Schlüter* (Prof. Monast.) Monast. ap. Waldeck. 1815. 8. Tom. I. (20 Gr.) cont. *Andriam* et *Eunuchum.*

Ad §. 10.

Lucilius.

Lucilii fragmenta edidit et conjecturis illustravit *Casp. Jac. Christ. Reuvens* in: *Collectaneis litterariis s. Conjecturis in Attium, Diomedem, Lucilium* etc. Lugd. Bat. ap. Hazenberg. jun. (Lips. in libr. Weidmann. commiss.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.) Plenam libri inscriptionem v. in Suppl. nostr. ad Prolegg. §. 6.

Ad §. 11.

T. Lucretius Carus.

Ad pag. 112. lin. 8.

coll. Suppl. Vol. I. p. 149.

Lucretii editionem Veronensem a *Paulo Fridenberger* 1486 fol. min. typis expressam, diu habitam fuisse principem, satis notum est. Enimvero princeps est *Brixiensis* apud *Thom. Ferrandum* in fol., sine anni nota (circa annum 1473, ut suspicatur abbas *Morelli* in epist. ad *Harlesium*) impressa. Quam cum nec Wakefieldus, nec Panzerus, nec ipse Harlesius, cui, exstare illam, confirmaverat Morellius, oculis vidissent, viri nonnulli docti eam vere exstare subdubitare coeperunt. Interim Morellius duo hujus perrarae editionis exemplaria ante cl. *Eichstadii* posuit oculos, qui inde accuratius hanc editionem descripsit in Progr.: *Principem Lucretii editionem Brixiensem exstare confirmatur.* Jenae 1808. f. (una plag.). Editio est typis Romanis, foliis CIV. porrectis impressa, atque caret anni nota, signaturis, custodibus et paginarum numeris. Inscribitur:

T. Lucretii Cari de rerum natura liber primus.

Oeneadum genitrix hominum divumque voluptas etc. In fine legitur: *Thoma Ferando auctore.*

Ad pag. 114. lin. 22.

Editio *Bipontina* emendatius et auctius repetita est Argentorati 1808. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 115. lin. 9. coll. Suppl. Vol. I. p. 152.

Gilb. Wakefieldi editionem in Germania recudendam curavit, eamque suis quoque additamentis ornaturus est cl. *Eichstadius* (Prof. Jen.). Haec est editionis inscriptio:

T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI., ad optimorum exemplarium fidem emendati. Cum Rich. Bentleji animadversionibus, Gilberti Wakefieldi praefationibus et commentariis integris caeterorumque interpretum praestantissimorum observationibus selectis edidit, suas notas et indices copiosissimos adjecit Henr. Car. Abr. Eichstaedt. Lips. sap. Wolf. 1801. maj. 8. Vol. I. (2 Thlr. 16 Gr.)

Exhibet hoc Vol. I., praeter *Wakefieldi* et *Eichstadii* praefationes, contextum Lucretii et indices, multo quam in editione Wakefieldiana, locupletiores et correctiores. De Wakefieldi editione judicium accuratum distinctumque tulit cl. editor in praef. Memoratu quoque digna est editoris sententia de carminis Lucretiani ea, qua nunc habemus, conditione. Quoniam enim in illo deprehendantur tot orationis inaequalitates crebraeque earundem rerum repetitiones, quae vix a librariis profectae esse queant, verisimile esse statuit cl. editor, geminas olim fuisse carminis recensiones, alteram, vocabulis obsoletioribus plenam atque adeo horridiorem, a Lucretio ipso factam, alteram suaviorem quasi atque seriori seculo a docto quo-

dam homine accommodatam. Optandum est, ut cl. editor profligando opere omnium doctorum hominum desideriis mox satisfacere velit.

Cum Wakefieldiana editio in ipsa Anglia jamjam inciperet rarescere, quoniam magna exemplarium pars flammis erat absumta, nova instituta est illius repetitio, quae tam interna quam externa dignitate non modo non cedit, sed adeo praestat priori. Haec est ejus epigraphe:

T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI., ad exemplar G. Wakefieldi, A. M., cum ejusdem notis, commentariis, indicibus fideliter excusi. Adjectae sunt Editionum quinque, in quibus principis Ferrandi, lectiones variantes omnes, ut et integrae Ricardi Bentleji annotationes, illustrationes, conjecturae, ex ipsius autographo, in Museo Britannico conservato. Glasgov. excud. Andr. Duncau 1813. maj. 8. IV. Vol. (circ. 21 Thlr.)

Ad priorem tam accurate typis exscripta est haec editio, ut ne addenda quidem suis inserta sint locis. Cl. *Eichstadii* editio minime innotuisse videtur editori, alias enim Indicem vocabulorum, qui minus plenus est, cum illo, qui *Eichstadii* adhaeret editioni, ab ipso auctus et correctus, forsan fuisset commutaturus. Ceterum novae huic editioni, quae emendatissime et venuste typis expressa est, accessit comparatio accuratissima variarum lectionum quatuor antiquissimarum Lucretii

editionum, *Brixiensis* sive principis a Ferrando circa a. 1475. curatae, *Veronensis* a. 1486. a Paulo Fridenberger editae, *Venetae* a Theod. de Ragazonibus a. 1495. in lucem emissae et *Aldinae* anni 1500, ut et prioris editionis *Bipontinae*. Bentleji breves notae et emendationes in Lucretium, quas ille margini editionis Tanaqu. Fabri (Salmur. 1662. 4.) adscripserat, cum non plenae a b. Wakefieldo essent propositae, in hac editione integrae leguntur, de Salmurianae editionis exemplo, quod postremo in museum Britannicum migravit, accurate descriptae.

Observationes ad T. Lucretii Cari carmen de rerum natura, — scripsit Traug. Frid. Benedict. (Lyc. Annaemont. Rect.) Annaemont. impr. ap. Hasper. 1815. 8.

Duos tantum priores libros pertractavit. In animadversionibus doctis modo lectio vulgata defenditur, modo novae lectiones proponuntur et simul res et verba praeclare illustrantur.

T. Lucretius Carus Schauergemälde der Kriegspest in Attica. Originaltext nach der Eichstaedtschen Ausgabe, übersetzt in Hexametern v. Hrn. von Knebel, m. erläuternden Anmerk. über Sprache und aus der Geschichte nebst fortlauf. arzneywissenschaftlichen Kommentar von Dr. J. C. Fr. Meister. Züllich. ap. Darnmann. 1816. maj. 8.

CAPUT III.

DE VIRILI AETATE L. L.

A SULLAE TEMPORIBUS USQUE AD OBITUM AUGUSTI IMPERATORIS.

Ad §. 1.

M. Terentius Varro.

Doctas conjecturas in Varronem proposuit *Casp. Jac. Christ. Reuvens* in *Collectaneis litterariis s. Conjecturis in Attium, Diomedem* etc. cap. IX. Lugd. Bat. ap. Hazenberg. jun. (Lips. in libr. Weidmann. commiss.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.) Plenam libri inscriptionem vide in Suppl. nostr. ad §. 6. Prolegg.

Ad §. 2.

M. Tullius Cicero.

Ad pag. 155. lin. 26.

Ernestina Operum Ciceronis editio etiam sine notis typis exscripta est: Hal. 1774—77. IV. Vol. min. 8. Ad hanc minorem editionem libraria Orphanotrophei Halensis tanquam supplementum edidit: *Jo. Aug. Ernesti praefationes et notae in M. T. Ciceronis Opera omnia.* Hal. 1806. min. 8. II. Vol. (4 Thlr.)

Ad pag. 137. lin. 23.

coll. Suppl. Vol. I. p. 172. init. et Analect. p. 488. fin.

Critica, quam cl. *Chr. Dan. Beckius* (Prof. Lips.) inchoavit, *Operum Ciceronis* editio constat hucusque IV. Voluminibus. Lips. ap. Schwickert. 1795 — 1807. 8. (6 Thlr. 8 Gr.), quae solas complectuntur orationes.

Novam atque praeclaram venustamque *Operum Ciceronis* editionem, XVI. tomis absolvendam, parat cl. *Christ. Godofr. Schützius* (Eloqu. et hist. lit. P. P. O. in acad. Frid. Halens.), s. t.:

M. T. Ciceronis Opera, quae supersunt, omnia ac deperditorum Fragmenta, recognovit, potiorem lectionis diversitatem adnotavit, indices rerum ac verborum copiosissimos adjecit Chr. God. Schütz. Lips. ap. Fleischer. jun. 1814 sqq. 8. — Quae singulis contineantur tomis, lubet indicare:

Tom. I. continet: Incerti auctoris Rhetorica ad Herennium libr. IV. et Ciceronis Rhetoricorum libr. II. s. de inventione. (20 Gr.)

Tom. II. De oratore libr. III. (20 Gr.)

Tom. III. Brutum, Oratorem, Topica, Oratorias partitiones, et de optimo genere oratorum. (16 Gr.)

Tom. IV. Orationes pro Quintio, Roscio Amerino, Roscio comoedo, Divinat. in Caecilium. Accedit anonymi vet. interpretis in orat. pro Rosc. Amerino, ejusdemque et Asconii in Divinationem notae. (16 Gr.)

Tom. V. Orationes Verrinas, Pars I. II. Acced. Asconii et anonymi veteris interpretis in duas priores orationes notae. (1 Thlr. 8 Gr.)

Tom. VI. Orat. pro Fonteio, Caecina, lege Manilia, Cluentio, de lege agraria contra Rullum, pro Rabirio perduellionis reo. (16 Gr.)

Tom. VII. Orationes in Catilinam, pro Murena, Flacco, Sulla, Archia poeta, Plancio. (16 Gr.)

Tom. VIII. Pars 1. (1815.) Orat. pro Sexto, in Vatinium, pro Caelio, de provinc. consular., pro Balbo, in Pisonem, pro Milone, pro Rabirio Postumo, pro Ligario, pro Rege Dejotaro. (1 Thlr.) — *Pars* 2. (1816.) Orationes Philipp. (16 Gr.) — *Pars* 3. Orationes Ciceroni vulgo suppositas: post reditum in Senatu; ad Quirites post reditum; pro domo sua; de Haruspicum responsis; pro M. Marcello. Acced. Ciceronis, quae vulgo feruntur, ad Brutum et Bruti ad Ciceronem Epistolae. (16 Gr.)

Tom. IX. Epp. ad familiares Lib. I — VIII.

Tom. X. Epp. ad familiares Lib. IX — XVI. (conjunctim 1 Thlr. 12 Gr.)

Tom. XI. Epp. ad Atticum Lib. I — X.

Tom. XII. Epp. ad Atticum Lib. XI — XVI. — Epistol. ad Q. Fratrem Lib. III.; Quinti Ciceronis ad Fratrem de petitione consulatus. (Tom. XI. XII. conjunct. 2 Thlr.)

Tom. XIII. Academicorum Lib. I. et II. et de Finibus bon. et mal. Lib. I — V. (20 Gr.)

Tom. XIV. Tuscul. disputationum Lib. I — V. — Paradoxa ad M. Brutum. (16 Gr.)

Tom. XV. De natura deorum ad M. Brutum Lib. I — III. — de divinatione Lib. I. et II. — Lib. singularis de Fato. (20 Gr.)

Primarium editoris in adornanda hac editione consilium fuit, textum proponere quam castigatissimum et emendatissimum. Optimas igitur singulorum Ciceronis librorum editiones, in quibus textus a viris doctis critice erat tractatus atque constitutus, diligenter contulit, et optima quaeque ex iis suae editioni vindicavit. Quod ad lectionis varietatem attinet, ab editore sub textu notatam, in eo inprimis laudandum est ejus consilium, quod eas tantummodo seligeret atque adscriberet lectiones, quae et ipsae veri quadam specie vel defendi possent, vel a viris doctis quibusdam re vera defensae essent, reliquas vero, manifesto falsas, omitteret. Nonnunquam, in orationibus praesertim, notulis criticis, textui substratis, interposuit exegeticas, quae ad recte perspiciendum loci sensum prorsus viderentur necessariae. Nonnullis libris praefixa sunt prolegomena, omnibus autem summaria, in quibus vel librorum singulorum argumentum et ratio, vel temporum ordo rerumque nexus illustrantur. Indices denique rerum et verborum promisit cl. editor, qui, clave Ernestina multo pleniores et emendatiores, commentarii vicem sint expleturi.

Nitida commodaque est editio:

M. T. Ciceronis Opera, ad optimorum librorum fidem accurate edita. Lips. ap.

Tauchnitz. 1815. 12. Tom. I—III. (cont. Rhetorica) (1 Thlr. 6 Gr.). Tom. IV. 1816. (18 Gr.)

Ad pag. 139. lin. 14.

Ciceronis Rhetorica edit. *Jo. Greyssing.* repetita sunt Norimb. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Novam criticam eamque praeclaram *Operum Rhetoricorum* editionem paravit *Chr. God. Schützius* s. t.

M. T. Ciceronis Opera Rhetorica, recensuit et illustravit Christ. Godofr. Schütz. Lips. ap. Goeschen 1804. 8. *Vol. I. pars* 1. cont. libros ad Herennium et Ciceronis rhetorica (s. de inventione); *pars* 2. cont. notas in libros ad Herennium et in Ciceronis rhetorica (1 Thlr. 12 Gr.). *Vol. II. pars* 1. cont. libros de Oratore; *pars* 2. notas in eosdem 1805. (1 Thlr. 12 Gr.). *Vol. III. pars* 1. cont. reliquos libros rhetoricos; *pars* 2. notas in eosdem 1808. (1 Thlr. 12 Gr.)

In textu constituendo optimis editionibus et adjumentis criticis (in libr. ad Herennium et Cic. rhetor. etiam duobus codd. hucusque nondum collatis) usus est editor. In animadversionibus, quae omnino fere criticae sunt, potiores lectiones notantur et breviter examinantur, atque etiam de iis, quas editor in textum recepit, ratio redditur. Rerum et verborum illustrationes, quarum perpaucae passim sunt intersitae, Clavi Ciceronianae sunt servatae, quam quidem, licet inceptum redemtoris abruptum sit, hujus editio-

nis possessoribus ab editore exspectare licet, cum suae operum Ciceronis editioni ejusmodi clavem, seorsim quoque vendendam, sit adjuncturus. Singulis libris summaria praefixit editor, et in prolegomenis, quae libris ad Herennium praemisit, de aetate et auctore horum librorum docte egit novamque opinionem proposuit, hos libros a M. Antonio Gniphone (cfr. Sueton. ill. Gramm. c. 10.) esse confectos, ex iisque Ciceronem in conscribendis suis de inventione libris profecisse. Uberius etiam suam de his libris sententiam exposuit cl. editor in nova sua Operum Ciceronis editione, prolegg. ad Vol. I.

M. T. Ciceronis opera rhetorica minora, recognita, argumentis et indice illustrata ab Jo. Christ. Frid. Wetzel (Rect. Lyc. Primislav.) Lignit. ap. Siegert. 1807. sq. maj. 8. Vol. II. (4 Thlr. 16 Gr.) Pars posterior commentarium complectitur.

Insunt in hac editione Rhetorica ad Herennium; de inventione; topica; de partitione oratoria; de optimo genere oratorum. Textum secundum optimas potissimum editiones recensuit, hic illic refinxit, singulis libris argumenta luculentissima praeposuit, et in commentario uberius hos libros explanavit.

Ad pag. 140. lin. 14.

Novam librorum *de Oratore*, ab ipso Norimb. 1776. in lucem missorum, editionem insigniter auctam et emendatam, paucis ante

obitum suum diebus absolvit b. *Harlesius*. Haec est ejus inscriptio:

M. T. Ciceronis ad Quintum fratrem Dialogi III. de oratore. Cum integris notis Zach. Pearce edidit et aliorum interpretum animadversiones excerpsit suasque adjecit Gottl. Chtistoph. Harless. Lips. in libr. Weidmann. 1816. maj. 8. (2 Thlr. 12 Gr.)

M. T. Cicero de oratore ex recens. Jo. Aug. Ernesti. Roterod. (Lips. in Breitkopf. commiss.) 1804. 16. (12 Gr.)

M. T. Cicero de oratore ad Quintum fratrem Dialogi III. qui supersunt omnes, secundum optimas novissimas editiones. Manhem. ap. Loeffler. 1809. 8. (12 Gr.)

In linguam Germanicam libros de oratore probabiliter transtulit notisque illustravit *Frid. Car. Wolff* (Rect. Gymn. Flensb.) Altqn. 1801. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.)

Ad pag. 140. lin. 24.

Praeter editionem *Bruti*, quam *Jo. Chr. Frid. Wetzel* Hal. in libr. Orph. 1793. 8. (14 Gr.) in lucem emisit, a b. Harlesio Suppl. Vol. I. p. 180. annotatam, idem iterum edidit *Brutum* cum utilissimo commentario germanice scripto, et separatim adjuncto Brunsv. in libr. schol. 1795. 8. (1 Thlr. 6 Gr). Pertinet haec editio ad Campianam Encyclopaediam schol.

M. T. Ciceronis Brutus s. de claris oratoribus liber, perpetua annotatione illustratus a

Jo. Chr. Frid. Wetzel. Verborum locupletissimum indicem addidit A. O. Linsdorf. Hafn. ap. Bonnier. 1804. 8. (20 Gr.)

M. T. Ciceronis de claris oratoribus liber, qui dicitur Brutus, in usum juventutis editus notisque illustratus. Hafn. ap. Bonnier 1812. 8. (7 Gr.)

Ad pag. 140. fin.

M. T. Ciceronis Orator ad Brutum, ad exemplar Bipontinum in usum scholarum diligenter expressus. Vilnae 1809. 8.

M. T. Ciceronis Orator ad M. Brutum ex rec. Jo. Adg. Ernesti, in usum scholarum (editore *J. G. H. Richter.*) Lips. ap. editor. 1809. 8. (6 Gr.)

Textus secundum optimas editiones emendate typis exscriptus est; in notulis variantes notantur lectiones.

Hanc editionem, novo tituli folio ornatam, denuo venalem offert libraria Hinrichsiana Lips. 1816. 8. (6 Gr.)

In libro menstruo: *Philologie* etc. editor *M. Car. Vict. Hauff* (Decan. Canstad.) Ciceronis *Oratorem ad M. Brutum* germanice vertere instituit. Absoluta versio in lucem edita est Ulmae ap. Wohler. 1816. maj. 8. (12 Gr.)

Ad pag. 143. lin. 8.

ORATIONES.

Pauli Manutii Commentarium in Ciceronis Orationes typis repetendum curavit *Chr. G.*

Richter. Lips. in libr. Weidmann. 1783. maj. 8. (3 Thlr. 8 Gr.)

Ad eand. pag. lin. 14.

M. T. Ciceronis Orationes omnes ex recensione Jo. A. Ernesti. Edit. nova. Hal. in libr. Orphan. 1815. 8. III Tom. (2 Thlr.) Est solus textus.

Ad eand. pag. lin. ult. coll. Analect. pag. 492.

Jo. Andr. Otto, qui primum *selectas Ciceronis orationes* cum notis variorum selectis ediderat Magd. 1777. 8. II Vol. denuo textum recognovit, orationum ordinem immutavit et animadversiones insigniter auxit ib. 1800—1. 8. III Tom. (2 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 144. lin. 2. coll. Anal. p. 491.

Schellianae editionis *Tomus III.*, qui *orationem pro Ligario* cum versione germanica et commentario copiosissimo germanice scripto exhibet, prodiit Lips. ap. Martini 1805. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr. Tom. I. II. 2 Thlr. 16 Gr.)

M. T. Ciceronis Orationes XIV. selectae. Mit hist. Einleitungen und den wichtigsten Anmerk. berühmter Ausleger, Text und Erklärung betreffend, von M. Benj. Fried. Schmieder (Rect. Gymn. luth. Halens.) Hal. ap. Hemmerde. 1801. 8. (21 Gr.)

Scholarum usui apta est haec editio, et hoc nomine omnino commendanda.

M. T. Ciceronis, quae vulgo feruntur, orationes IV: 1, *post reditum in Senatu.* 2, *ad*

Quirites post reditum. 3, *pro domo sua ad Pontifices.* 4, *de Haruspicum responsis. Recognovit, animadversiones integras J. Marklandi et J. M. Gesneri suasque adjecit Frid. Aug. Wolfius.* Berol. ap. Lagarde. 1801. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Haec editio a cl. *Wolfio*, ut ipse ait in praef., eo potissimum consilio suscepta est, ut quatuor orationes istas, quae vulgo Ciceronis auctoritate venditantur, rationibus in utramque partem exponendis demonstret, Cicerone indignissimas esse, et declamatorio studio exercendi vel ostentandi ingenii conscriptas. In praef. controversiae inter *Marklandum*, qui primus atque adeo unus, num genuinae essent orationes istae, dubitavit, et *Jo. Matth. Gesnerum*, qui Britanni dubitationes refutasse sibi visus est, brevem dedit historiam, et utriusque viri praefationes animadversionum adjecit. Textum novo studio recognitum ex optimis exemplaribus exhibuit, Graevium tamen maxime secutus. In commentario explicandum sibi sumsit, quid in scribendo sit rectum, quid Latinum, quid Ciceronianum, quid non; vulgares notae, quae rerum et verborum sensum illustrent, in eo non sunt quaerendae. Additus est Index verborum, loquutionum, rerum, vel explicatarum vel notabilium. Ceterum cum *Wolfio* consentit etiam cl. *Chr. Dan. Beckius* in Vol. IV. Operum Ciceronis, qui non in animadversionibus solum criticis Marklandi et Wolfii sententiam con-

firmavit, sed in luculento etiam excursu (p. 612—627.) rationes, quibus has orationes aut genuinas aut fictas esse demonstrari possit, absque omni partium studio examinavit.

M. T. Ciceronis Rede an den Senat, nach seiner Zurückkehr, mit einem Commentar versehen von Franz Christoph Frenzel Progr. I. Soest. 1801. 8.

Octo capita hujus orationis pertractat auctor, controversiam inter Marklandum et Gesnerum de genuina orationis origine silentio transiit, suam tamen ipsius de quibusdam locis dubitationem significavit.

Eandem suppositionis suspicionem orationi etiam *pro Marcello*, celebratae illi laudibusque cumulatae, injecit cl. *Wolfius* in edit.:

M. T. Ciceronis, quae vulgo fertur, oratio pro M. Marcello. Recognovit, animadversiones selectas superiorum interpretum suasque adjecit Frid. Aug. Wolfius. Berol. ap. Lagarde 1802. maj. 8. (8 Gr.)

Negat nimirum *Wolfius*, vel hanc orationem e Ciceronis ingenio manasse, quin eum ullam unquam pro Marcello orationem edidisse, nedum hanc, quae ipso sit plane indigna. Cum *Wolfio* consenserunt dextrique quodammodo ei adstiterunt *Ge. Lud. Spalding* in disp. *de oratione Marcelliana* (in *Wolfii* Museo Antiqu. studior. Vol. I. fasc. 1.), *G. G. Wernsdorf* in Nov. Act. Societ. lat. Jenens. Vol. I. p. 254., *Car. Gottl. Schelle* in orat. pro Ligario p. 295 sq.,

Dr. Aug. Lud. Guil. Jacob in diss.: *De oratione, quae inscribitur pro M. Marcello, Ciceroni vel abjudicanda vel adjudicanda, quaestio novaque conjectura.* Berol. et Hal. in libr. Orph. 1813. maj. 8. (12 Gr.), qui tamen aliquam certe istius orationis partem Ciceronis esse, facile sibi persuaserit, et *Chr. God. Schützius*, qui in editione sua Operum Ciceronis huic orationi locum inter suspectas assignavit. Contra *Wolfium* vero duo potissimum surrexerunt adversarii bene quidem armati, alter *Olaus Wormius* in libello: *M. T. Ciceronis orationem pro M. Marcello vetustae suspicione, quam nuper injiciebat Fr. Aug. Wolfius V. C., liberare conatus est Ol. Wormius* (Prof. et Rect. schol. Hothersnes.). *Accessit oratiunculae interpretatio Danica.* Hafn. ap. Schultz 1803. maj. 8. (12 Gr.), alter *Benj. Weiske* (schol. Portens. quond. Conr.) in *Commentario perpetuo et pleno in orationem M. T. Ciceronis pro M. Marcello. Cum appendice de oratione, quae vulgo fertur, M. T. Ciceronis pro Q. Ligario.* Lips. in libr. Sommer. 1805. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.) Additamenta ad hunc commentarium dedit in edit. sua *Orationum Ciceronis XIII. selectarum* (Lips. ap. Schwickert. 1807. maj. 8.) mox memoranda. *Wolfii* sententiam addubitat etiam *F. Kalaus* (Conr. Francof.) in *Commentatione exhibente nonnulla ad Wolfianas orationis pro M. Marcello castigatio-*

nes. Francof. 1804, ex qua *Weiskius* quaedam profecit. Quodsi autem nequaquam infitiandum est, cl. *Wolfium* genuinam istius orationis originem argumentis valde ingeniosis verique specie blandientibus in dubium vocasse, confitendum tamen est, ei, qui libros illos adversarios, inprimis *Weiskii* commentarium, libero cum judicio neutrique parti addicto comparaverit, non omnes summotas videri posse dubitationes. Quod cum pluribus acciderit doctis rerum arbitris, sane mirandum non est, fuisse nonnullos, qui partim litem adhuc sub judice relinquendam existimarent, partim veram Ciceronis pro Marcello orationem nostrae fundamento jacere, sed a serioris forsan aevi rhetore qualicunque consilio ac ratione immutatam et interpolatam, statuere, quam nigrum temere adjicere calculum mallent.

Laudatur *gallica* orationis *pro Marcello* versio: *Oraison de Cicéron pour Marcellus, extrait d'un recueil de divers discours traduits de Cicéron par le Citoyen B **, Avocat de Bordeaux.* Paris. 1802. 8. *Wolfii* editio interpreti nondum innotuisse videtur.

Novissime orationem *pro Marcello* edidit *Dr. Joach. Dietr. Godofr. Seebode* (Hildes. Gymn. Rect.). Brunsvigae (Gotting. in Vandenhöck. commiss.) 1816. maj. 8. (8 Gr.)

M. T. Ciceronis Orationes Verrinae, ex rec. Jo. Aug. Ernesti. Hafniae 1804. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

M. T. Ciceronis Orationes VIII. selectae,

in usum scholarum edidit Benj. Weiske. Lips. ap. Schwickert. 1806. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Continet haec collectio orationes pro Caecina, Cluentio, lege agraria II., Plancio, Coelio, Balbo, Postumo, Philippicam I. Singulis orationibus praefixa sunt uberiora summaria, in quibus consilium orationis, dispositio rhetorica nexusque sententiarum bene illustrantur. Notae, in primis exegeticae, sunt nimis rarae. Dolendum est, utilem hanc editionem externa forma, charta scilicet bibula obsoletisque literarum formis, et, quod majus est, vitiis typographicis, quibus scatet, parum commendari.

M. T. Ciceronis orationes XIII. selectae, novis animadversionibus in usum scholarum illustratae a Benj. Weiske. Lips. ap. Schwickert. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Continet haec collectio orationes pro Roscio Amerino, pro lege Manilia, in Catilinam, pro Archia, post reditum in Senatu, ad Quirites post reditum, pro Milone, pro Marcello, pro Ligario et pro rege Dejotaro. Ceterum eadem, qua minor collectio illa, ratione haec adornata est editio; annotationes tamen sunt multo uberiores, et ad tironum etiam usum tanto cum studio relatae, ut illi vix ad unum locum intellectu difficiliorem sint offensuri, cui in notis lux non sit accensa. Permultis locis obscurioribus et corruptis medentem manum criticam felicissimo saepius cum successu attulit. Quapropter hanc praestantem

editionem adolescentulis inprimis literarum studiosis maximopere commendamus.

M. T. Ciceronis XIV. selectarum orationum liber ex rec. Jo. A. Ernesti. Edit. nova. Hal. in libr. Orphan. 1804. 8. et denuo 1812. 8. (6 Gr.)

M. T. Ciceronis Orationes XII. selectae, pro Rosc. Amer., in Catilinam, pro Archia, pro lege Manilia etc. *Mit histor., krit., und erklärenden Anmerk. von A. Moebius.* Hannover. ap. Hahn. 1816. maj. 8.

M. T. Ciceronis orationes IV. in L. Catilinam collatis editionibus optimis edidit L. Möller. Hafn. 1805. 8. (6 Gr.)

Cl. *Morgensternius* Ciceronis *orationes IV. in Catilinam* editurus erat, atque jam annuntiata erat editio, sub tit. *M. T. Ciceronis in L. Sergium Catilinam orationes IV. Recognovit Dr. Carol. Morgenstern.* Rigae ap. Hartmannum in mercatu verno anni 1808. lucem adspectura; sed ad hucusque, quod sciam, nondum prodiit.

Primam Ciceronis *in Catilinam orationem* cum egregia versione germanica, animadversionibus criticis et commentario exegetico editam esse a *Car. Morgensternio* (Hal. et Lips. 1796. maj. 8. 10 Gr.), jam annotavit *Harlesius* Suppl. Vol. I. p. 194. Hujus editionis continuatio quodammodo habendus est labor *Holzapfelii:*

M. T. Cicero's zweite Catilinarische Rede, lat. und deutsch, mit Anmerk. und einem

Commentar von J. T. G. Holzapfel. Oldenb. ap. Schulze 1807. maj. 8. (12 Gr.)

Scholarum usui accommodavit editionem *primae* orationis in Catilinam *Car. Funkius:*

M. T. Cicero's erste Rede wider Luc. Serg. Catilina. Für den zweckmäfsigern Schulgebrauch herausg. von Karl Funk. Magdeb. ap. Heinrichshofen 1813. fol. (4 Gr.)

Textum orationis *Philippicae secundae* ex codd. mss. recensitum critice constituit et cum versione germanica edidit *G. G. Wernsdorfius:*

M. T. Ciceronis Oratio Philippica secunda, übersetzt und mit einem nach Handschriften berichtigten Texte begleitet von M. G. G. Wernsdorf. Lips. ap. Fleischer. jun. 1813. maj. 8. (20 Gr.)

Notandum denique est, *trium orationum Ciceronis, pro Scauro, Tullio* et *Flacco, fragmenta* hucusque inedita, cum antiquo ad orationem pro Scauro *scholiaste*, itidem inedito, in codice membranaceo, qui asservatur in bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi, nuper admodum detecta et edita esse ab *Angelo Majo*, Biblioth. Ambros. a lingu. oriental. Haec editio ad exemplar Mediolanense in Germania repetita est, s. t.:

M. T. Ciceronis trium orationum pro Scauro, Tullio et Flacco partes ineditae, cum antiquo scholiaste item inedito ad orationem pro Scauro, invenit, recensuit, notis illustravit Angelus Majus (Biblioth. Ambros. a linguis oriental.).

Ad exemplar Mediolanense. Additum est specimen characteris. Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1815. maj. 8. (10 Gr.)

M. T. Ciceronis Orationum partes ineditae ex cod. ms. bibliothecae Ambrosianae. Nova editio cum Angeli Maji, inventoris, integris notis. Additae sunt emendationes et commentarii A. G. Crameri, JCti, et Car. Frid. Heinrichii, Philologi, Proff. Kiliensium. Kilon. in libr. acad. 1816. 4.

Ceterum haec fragmenta orationum suae quoque Operum Ciceron. editioni inseruit cl. *Schützius.*

Ad pag. 144. lin. 24.

Omnes Ciceronis orationes nec fide nec eleganter in linguam *germanicam* transtulit notisque illustravit *J. B. Schmitt.* Wirceb. 1787—94. 8. VIII. Tom.

M. T. Cicero's auserlesene Reden übersetzt und erläutert von Fried. Carl Wolff (Rect. Flensb.) Alton. ap. Hammerich 1805—7. maj. 8. Tom. I. II. (5 Thlr. 8 Gr.)

Satis bona est haec versio atque commentarii vicem tironibus praestare poterit. Animadversiones res quidem potissimum illustrant, passim tamen et critica attingunt. *Tomus I.* continet orat. pro S. Roscio, pro lege Manilia, quatuor in Catilinam orationes, et pro Archia poeta. *Tomus II.* cont. orationes pro Cluentio, Milone, Ligario et rege Dejotaro.

Orationes Catilinariae ab *Jo. Dav. Büchlingio* in linguam vernaculam versae notisque illustratae (cfr. Suppl. Vol. I. p. 195.) iterum editae sunt Stendal. 1806. 8. (12 Gr.)

Easdem bene vertit *Frid. Fröhlich* in Tomo I. versionis suae *Sallustii*, quae prodiit Vindob. ap. Doll. 1804. maj. 8.

Probabiliter has quoque orationes vertit, atque itidem Tomo I. versionis suae *Sallustii* adjunxit *Alb. Xav. Weinzierl.* Monach. ap. Leuther. 1806. 8.

Novissime eas germanice vertit *Car. Henr. Joerdens.* Gorlit. ap. Anton. 1815. 8. (16 Gr.)

Propter fidem nervosamque et elegantem verborum concinnitatem inprimis laudanda est haec versio. Praefixa est accurata versionum germanicarum tam veterum, quam recentiorum enumeratio et conjurationis Catilinariae adumbratio, ex Sallustio maximam partem hausta. In fine additus est tractatus de Ciceronis arte oratoria in prima Catilinaria conspicua.

Orationem *pro Archia poeta* germanice vertit, notis criticis et exegeticis illustravit et cum textu latino edidit *C. Chr. G. Wies.* Lips. ap. Engelmann. 1814. 8. (14 Gr.)

Ad pag. 146. init.

EPISTOLAE.

Omnium Ciceronis epistolarum editionem praeclaram debemus cl. *Christ. Godofr. Schützio* (Prof. Hal.):

M. T. Ciceronis epistolae, quae extant, omnes, ad Atticum, ad Quintum fratrem, et quae vulgo ad familiares dicuntur, ordine chronologico dispositae. Recensuit, selectisque superiorum interpretum et suis animadversionibus illustravit Chr. God. Schütz. Hal. ap. Hemmerde, 1809 — 12. maj. 8. VI Tom. (8 Thlr. 8 Gr.)

Textum secundum optimas editiones constitutum suisque saepe curis correctum exhibuit cl. editor. Notae non crisin solam spectant, verum etiam res sensumque verborum egregie illustrant. Sed tam in deligendis superiorum editorum animadversionibus, quam in addendis suis laudabili brevitati studuit editor. In eo vero peculiarem quandam conciliavit huic editioni praestantiam, quod omnes has Ciceronis epistolas ordine chronologico disposuit, quo verus demum ad intelligendam videlicet contextam illorum temporum historiam fructus ex harum epistolarum lectione redundare potest. Singulis etiam epistolis summaria praefixa sunt, in quibus de argumento, loco et tempore, quo scripta est epistola, breviter at luculenter disputatur. In calce additus est, praeter tabulam chronologicam, qua res, quae Ciceronis tempore evenere, luculento nexu illustrantur, aliamque, qua locus, quo singulae epistolae in aliis editionibus sint inveniendae, monstratur, index rerum memorabilium in epi-

stolis obviarum. Epistolae *ad Brutum* tanquam spuriae plane seclusae sunt.

Epistolae ad familiares praeclarum nostra aetate nactae sunt sospitatorem *Joann. Aloysium Martyni-Lagunam*, qui textum sex priorum librorum egregie correxit ac constituit in edit.:

M. T. Ciceronis et Clarorum Virorum epistolae decem et sex libris comprehensae. Adhibita multorum locorum correctione scriptorum pariter atque editorum librorum praesidio castigatius edidit Jo. Aloys. Martyni-Laguna. Lips. ap. Goeschen. 1804. 8. *Vol. I.* (1 Thlr.)

In textu emendando non pluribus solum codd. mss., quorum eximia quidam erant dignitate, verum etiam optimis quibusdam editionibus, iisque pervetustis et raris, suoque ipsius ingenio critico praeclaro adjutus est editor. Itaque innumeris locis textum felicissime emendavit, adeo ut hac editione Ciceroni nonnunquam plane fere satisfactum videatur. Praeterea singulis epistolis praeposita sunt argumenta, in quibus cujusque epistolae consilium ac ratio copiose pariter atque intelligenter explanantur. Dolendum est, continuationem praestantissimae hujus editionis vix posse exspectari, incendio videlicet absumtis omnibus editoris manuscriptis, totoque adeo copioso ejus librorum apparatu.

M. T. Ciceronis epistolae ad familiares, quae supersunt, omnes, secundum optimas

novissimasque editiones. Manhem. ap. Loeffler. 1811. 8. II. Tom. (18 Gr.)

Est *Tomus XI.* et *XII.* editionis Operum Ciceronis Manhemianae, a. 1784.

M. T. Ciceronis epistolae ad familiares s. diversos ex rec. Jo. Aug. Ernesti, in usum scholarum. Editio nova. Hal. in libr. Orph. 1814. 8. (8 Gr.)

M. T. Ciceronis epistolarum selectarum libri IV. Nach der Zeitfolge geordnet, und mit kurzen Einleit., erklär. Anmerk. und einem zweckmäſsigen Sachregister versehen von Joh. Fried. Poppe. (Prof. Gymn. Joach. Berol.) *Zweite verbess. und vermehrte Aufl.* Berol. in libr. acad. 1804. 8. (10 Gr.)

Cfr. Suppl. Vol. I. p. 211. Novam hanc editionem epistolis nonnullis brevibusque notis passim auxit editor. Scholarum usui commendanda est editio.

M. T. Ciceronis epistolae selectae a *Benj. Weiskio* editae (*Auswahl d. best. Briefe Cicero's* etc.) iterum prodierunt Brunsvigae in librar. schol. 1813. 8. (18 Gr.) Est Encyclopaediae classicorum scriptorum lat. Campianae Tomus IX.

M. T. Ciceronis epistolae selectae ac temporum ordine dispositae, in usum scholarum edidit Aug. Matthiae. Lips. ap. Vogel. 1816. maj. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Ad pag. 148. lin. 23.

Chr. Tob. Dammii versio germanica *epistolarum ad familiares* iterum edita est Berol. 1747. 8. et denuo ib. 1770. 8. IV. Vol.

Epistolas ad familiares germanice etiam vertit *Ignat. Felner.* Friburg. 1782. 8. VIII Tom.

Aug. Chr. Borheckii versio constat V. Vol. Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1782 — 1789. 8. (3 Thlr. 14 Gr.). *Editio altera*, quae plane nova est versio, prodiit ib. 1801. 8. *Tom. I.* (20 Gr.) Satis fida et probabilis est haec versio.

Omnes Ciceronis epistolas secundum ordinem chronologicum disposuit, eleganter in linguam germanicam transtulit, et praeclaris animadversionibus et introductionibus historicis instruxit *Christoph. Martin. Wieland*, s. t.:

M. T. Cicero's sämtliche Briefe, übersetzt und erläutert von C. M. Wieland. Tigur. ap. Gessner. 1808 — 12. maj. 8. V Tom. (10 Thlr. 23 Gr.)

Libelli utilissimi *Frid. Guil. Hagen Commentar über Cicero's vermischte Briefe* (cfr. Analect. pag. 493 sq.) prodiit *Tomus III.* Norimb. ap. Stein. 1805. 8. (1 Thlr.), qui versionem germanicam et commentarium in librum III et IV. Epp. ad famil. continet.

In linguam *Gallicam* Ciceronis epistolae omnes conversae sunt in editione, a *Goujon*, docto bibliopola, adornata: *Lettres de Cicéron, traduites, avec le texte en regard de François. Nouv. Edit.* Paris. 1801 — 3. 8. XII. Vol.

Vol. I — V. continentur *Epistolae ad familiares* versae notisque et indicibus instructae

a *Prevost*; Vol. VI. continet *Epp. ad Brutum* ab eodem, cum notis et vita Bruti; Vol. VII—XII. exhibent *Epp. ad Atticum*, ab abbate *Mongault* versas, ejusque et aliorum animadversionibus et indice instructas.

Ad pag. 151. lin. 28.

PHILOSOPHICA.

M. T. Ciceronis opera philosophica ex rec. Jo. Aug. Ernesti. Roterod. (Lips. in Breitkopf. commiss.) 1804. 16. III Vol. (2 Thlr.)

Cum *Jo. Davisii* editiones plurimorum librorum Ciceronis philosophicorum in Germania jamjam inceperint rarescere, utilem sane gratamque suscepit operam *Rudolph. Godohald. Rath* (Conr. quondam, postremo Rect. Gymn. conjunct. Hal.), has editiones typis denuo repetendi. Prodierunt igitur:

M. T. Ciceronis Opera philosophica ex recens. Jo. Davisii et cum ejus commentario edidit Rud. Godoh. Rath. Hal. ap. Kümmel. 1804—11. maj. 8. VI. Tom. (9 Thlr. 20 Gr.)

Novam eamque praestantem Philosophicorum Ciceronis librorum editionem inchoavit *Jo. Aug. Goerenz* (Rect. Zuiccav.) s. t.:

M. T. Ciceronis Philosophica omnia. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit Jo. Aug. Goerenz. Lips. in libr. Weidmann. 1809—13. maj. 8. Vol. I—III. (cont. libros de legibus, Academica et de finibus bonorum et malorum) [5 Thlr. 10 Gr.]

In adornanda hac editione hoc potissimum consilium sibi proposuit auctor consequendum, ut veram lectionem, quantum fieri potuit, restitueret, eaque omnia, quae verborum cogitatorumque sensum obscurarent, diligenter explanaret atque illustraret. Praeterea etiam juvenibus, literarum antiquarum studiosis, viam ad ipsa critices adyta praemunire voluit; quapropter initio quidem non solum correctionum criticarum rationes uberius exposuit, sed etiam in enucleandis difficilioribus verborum loquendique formularum significationibus summa cura et diligentia versatus est. Usus est octo vel codicibus ms., vel eorum collationibus, in praef. ad Vol. I. notatis, et potioribus editionibus fere omnibus. In fine additi sunt excursus, in quibus variae res, vel ad antiquitates, vel ad grammaticam pertinentes, uberius explicantur. Ceterum et externa hujus editionis facies internae respondet dignitati.

Sequitur, ut singulorum Ciceronis librorum philosophicorum editiones recenseamus.

M. T. Ciceronis Academica s. academicorum veterum disputationes de natura et imperio cognitionis humanae, emendata ad optimorum et exemplarium et criticorum fidem nexusque orationis auctoritatem, ac rerum inprimis ratione habita, illustrata studio Frid. Hülsemanni (Rect. Lyc. Lüneb.) Magdeb. ap. Keil. 1806. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.)

Non tulit plausum virorum doctorum haec editio, sive criticam editoris spectes rationem, sive interpretationem. In disquisitione sua de vera natura eaque, qua nunc habemus, horum librorum conditione, omnia turbavit editor veraque falsis permixta proposuit.

M. T. Ciceronis Academica, ex rec. Jo. Davisii, cum ejusdem animadversionibus et notis variorum edidit Rud. Godoh. Rath. Accedunt J. Gruteri et Editoris notae. Hal. ap. Kümmel. 1806. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.). Est operum philos. Tomus III.

Davisii notas passim auctiores exhibuit editor. Animadversiones *Gruteri* suis locis insertae sunt. Additus insuper est utilis *Hadr. Turnebi* Commentarius in Academicorum librum II. et *Petri Fabri* in libros Academic. Commentarius. In praef. critica suis ipsius emendationibus et conjecturis permulta loca obscuriora satis feliciter sanavit editor.

M. T. Ciceronis Academica. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit Jo. Aug. Goerenz. Lips. in librar. Weidmann. 1810. et *M. T. Ciceronis Academicorum priorum liber II. sive Lucullus. Ex scriptis* etc. 1810. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

In Introductione de vera vi ac natura librorum Academicorum acute pariter atque intelligenter disputavit editor, veteremque criticorum de gemina Academicorum editione controversiam iterum sub examen vocavit

In textu constituendo pluribus codd. praestantibus adjutus est. Permulta autem loca ex suo ingenio, suaque de Ciceroniana locutione opinione majore saepius quam minore felicitate immutavit. In commentario, in quo obscuriora textus loca egregie plerumque illustrantur, praeclarae passim obviae sunt observationes grammaticae de recto vocabulorum usu et consecutione, de vera vi particularum apud Ciceronem et al.

De variis virorum doctorum in hos libros Academ. tentaminibus criticis vide Suppl. nostra ad pag. 164. lin. 10.

Librum secundum Academicorum in linguam Germanicam satis bene transtulit *P. F. Boost* s. t. *M. T. Ciceros Lucullus, oder über das menschl. Erkenntnisvermögen, nebst e. Fragment übersetzt.* Francof. ad Moen. 1801. 8. (16 Gr.) Nova editio prodiit s. t. *Ciceros acad. Untersuchungen, mit einigen Fragmenten. Aus dem Lat. übers. und mit Anmerk. und Abhandl. versehen von P. F. Boost. Zweite vermehrte Aufl.* Manhem. ap. Schwan et Goetz. 1816. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Ad pag. 152. lin. 5.

M. T. Ciceronis de finibus bonor. et malor. libros V. ex rec. Jo. Davisii cum ejusdem animadversionibus et notis integris Per. Victorii, Paul. Manucii, Joach. Camerarii, Dion. Lambini ac Fulv. Ursini edidit Rud. Godofh. Rath. Accedunt Gruteri notae ex sex Pala-

tinis codd. et editoris emendationes ad libros priores duos. Hal. ap. Kümmel 1804. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) Est Operum philosoph. Tom. I.

Propter gratam utilemque notarum veterum criticorum, quas plenas accurateque descriptas exhibet, complexionem haec editio inprimis commendanda est. Editoris vero emendationibus num ubivis possit assentiri, sane est dubitandum.

Novam praeclaramque horum librorum editionem paravit cl. *Goerenz:*

M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri V., ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit Jo. Aug. Goerenz. Lips. in librar. Weidmann. 1813. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.) Est Cic. Philosoph. omnium Vol. III.

In introductione docte curatissimeque disseruit cl. editor de tempore, quo hi libri scripti editique sint et sermones eorum habiti fingantur; quae sit universi operis delineatio; quos denique rerum tractatarum auctores Cicero sit in ipsis singulis libris secutus. Textum ope sex codd. mss., quorum quatuor potioribus erant annumerandi, omniumque fere editionum, tam veterum quam recentiorum, innumeris locis tam feliciter correxit, ut nunc multo quam antea emendatior appareat. Praeterea haud parum bonae frugis in hanc editionem ex eo redundavit, quod cl. *Bremi*, deposito editionis suae absolvendae consilio, annotationes suas ad duos posterio-

res libros cum editore ultro communicavit, quas religiose adhibuisse, ipse profitetur. *Reizianis* quoque ad hos libros annotationibus, Ernestianae editionis exemplari adscriptis et a cl. *Hermanno* editori communicatis, uti ipsi licuit. Quod ad interpretationem attinet, iisdem omnibus virtutibus, quas in praecedentibus Academicorum libris laudavimus, haec ipsa non minus excellit de finibus bonorum et malorum editio.

Ad pag. 152. lin. 18.

M. T. Ciceronis Tusculanarum disputationum libr. V. Cum commentario Jo. Davisii edidit Rud. Godoh. Rath. Accedunt Richardi Bentleji emendationes et editoris praefatio critica. Hal. ap. Kümmel. 1805. maj. 8. (2 Thlr. 4 Gr.) Est Operum philos. Tomus II.

In praefatione critica varia hujus operis Ciceroniani loca obscuriora ab editore probabiliter emendantur, neque tamen omnes tentatae correctiones communem ferent criticorum plausum. Ceterum in animo habebat editor, animadversiones Victorii, Manucii, Camerarii, Lambini et Fulv. Ursini huic editioni separatim addere; verum praematura ejus morte impedita est hujus consilii perfectio.

Frid. Aug. Wolfii editio critica (cfr. Suppl. Vol. I. p. 224. init.) emendatius recusa est Lips. ap. Crusium 1807. 8. (16 Gr.)

M. T. Ciceronis Tuscul. disput. libri V. Ad

opt. editiones recudi curavit et selectam lectionis varietatem adjecit A. M. Köl (Prof. in Acad. Wirceb.) Hannover. ap. Hahn. 1808. maj. 8. (9 Gr.)

Prodiit haec editio jam a. 1798. Wirceburgi, addito etiam titulo: *M. T. Cic. opera philosoph. Vol. I.* Num vero recentior ista nova sit libri repetitio, an, mutato libelli redemtore, novum tantummodo additum sit tituli folium, equidem nescio. Ceterum minus emendate textus exscriptus est.

M. T. Ciceronis Tusc. Quaest. libri V. ex nova recens. Ernestina. Edit. emendatior. Hal. in libr. Orphan. 1811. 8. (6 Gr.)

Librum I. et II. Tusc. disp. in linguam germanicam bene transtulit notisque illustravit anonymus s. t. *M. T. Cicero's Abhandl. von der Gleichgültigkeit gegen den Tod, und von der Pflicht, den Schmerz zu ertragen.* Lips. ap. Linke 1801. 8. (12 Gr.)

Integrum opus probabiliter germanice vertit *Alb. Xav. Weinzierl.* Monach. 1805. maj. 8. (2 Thlr.)

Ad pag. 153. lin. 6.

Davisianam librorum *de Natura Deorum* editionem typis repetendam curavit iisdemque, quam ceteros libros philosophicos, supra jam memoratos, dotibus ornavit *Rud. Godoh. Rath:*

M. T. Ciceronis de natura Deorum libri III. ex rec. Jo. Davisii, cum ejusdem commentario

edidit Rud. Godoh. Rath. Hal. ap. Kümmel. 1811. maj. 8. (1 Thlr. 18 Gr.) Est Operum philos. Tomus VI.

M. T. Ciceronis de natura Deorum libri III., ex recens. Ernestiana, in usum scholar. editi a Frid. Aug. Wideburg (in acad. Jul. Carol., dum illa fuit, eloq. ac poës. Prof., Paedagogii adhuc Direct.) Helmstad. ap. Fleckeisen. 1811. 8. (18 Gr.)

Lectionum usui plane accommodata est haec editio, quapropter potiores tantummodo editionis Davisianae et Ernestinae variantes lectiones exhibet, et nonnisi obscuriora textus loca dilucidat. Editoris emendationes parum probabuntur criticis. Praemissa est libro introductio, in qua de argumento hujus operis Ciceroniani ejusque editionibus breviter disseritur. Singulis disputationibus praefixa sunt summaria. Additi denique sunt excursus quidam, in quibus loca subobscura uberius illustrantur.

Cum et hi de Natura Deorum libri medentem adhuc desiderarent manum, *Lud. Frid. Heindorfius*, heu nimis mature literis ereptus, operi sese accinxit, textum secundum critices leges codicumque aliquot mss. ope castigavit, in permultis locis, nonnunquam tamen nimis audacter nullaque coactus necessitate, immutavit, in pluribus autem felicissime correxit et intelligenter explicuit in editione:

M. T. Ciceronis de Natura Deorum libri III., ad codd. mss. partim nunc primum adhibito-

rum fidem recensuit et emendavit Lud. Frid. Heindorf (postremo Prof. Hal.) Lips. ap. Weigel 1815. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Ceterum hoc loco non silentio videtur praetereundum, festivum hominem nescio quem edidisse hunc libellum:

M. T. Ciceronis de natura Deorum liber IV. E pervetusto codice ms. membranaceo nunc primum edidit P. Seraphinus, ord. Fratr. Minor. Bononiae 1811. maj. 8. (12 Gr.)

In hoc libello, qui Berolini fertur in lucem emissus, filum disputationis in libro Ciceronis tertio de natura Deorum abruptum denuo reprehensum ulteriusque deductum est. Vix credibile est, auctorem hujus opusculi in animo habuisse, tituli vaniloquentia viris eruditis verba dare; videtur potius sive jocandi sive ostentandi adeo ingenii causa fictus esse libellus; posterius tamen consilium vix juvabit orationis ratio, quippe cui immixta nonnunquam sint vocabula loquendique formulae, a quibus abhorret Ciceronianae orationis puritas et elegantia.

In linguam germanicam hos de natura Deorum libros bene vertit notisque illustravit *Joh. Fr. de Meyer* Francof. ad M. 1806. 8. (20 Gr.)

Quem b. *Harlesius* (Analect. p. 495.) notavit librum: *Versuch, einen Streit zwischen Middleton und Ernesti über den philos. Character der Ciceron. Bücher von der Natur der Götter, zu entscheiden.* Alton. 1799. 8. (14 Gr.), eum mutato titulo denuo venalem obtulit libri

redemtor: *Geist und Gehalt der Ciceron. Bücher von der Natur der Götter.* Alton. 1806. 8. (16 Gr.) Auctor libri est *G. S. Franke.* Parum laudatur a viris doctis.

Ad pag. 153. lin. 12.

M. Tullii Ciceronis libri de Divinatione et de Fato; ex rec. Jo. Davisii, cum ejusdem animadversionibus et notis variorum, una cum Hadr. Turnebi commentario in librum de Fato, edidit Rud. Godoh. Rath. Accedunt Jani Gruteri et Editoris notae. Hal. ap. Kümmel. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) Est Operum Philosoph. Tomus IV.

In praef. critica non solum nonnullarum antiquiorum editionum lectiones notantur, sed recentiorum etiam criticorum textum emendandi tentamina examinantur, variaque emendationum specimina ab editore ipso proponuntur.

Jo. Aug. Goerenz Animadversiones ad M. T. Ciceronis librum I. de divinatione. Zwickav. 1805. 8.

Egregia commentatio, in qua varia horum librorum loca critice tractantur et explanantur.

Libros de divinatione et de fato in linguam germanicam bene vertit notisque explicuit *Joh. Frid. de Meyer.* Francof. ap. Hermann. 1806. 8. (20 Gr.)

Ad pag. 155. lin. 17.

M. T. Ciceronis de legibus libri III. ad optimorum exemplarium fidem recensiti atque

procemio, argumentis et indice rerum instructi a Jo. Frid. Wagner. (Dir. Lyc. Luneb.) Gotting. ap. Dietrich. 1804. maj. 8. (5 Gr.) Textui separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in M. T. Ciceronis de legibus libros tres conscriptus a Jo. Frid. Wagner. ib. eod. maj. 8. (14 Gr.)

Pertinet ad collectionem Scriptorum class. Roman. a *Rupertio* edi inceptam. In textu constituendo Davisium potissimum secutus est editor, crebra tamen ab eo facta secessione. In commentario loca quaedam corrupta feliciter emendantur. Inprimis vero cogitata Ciceronis uberius explicare conatus est editor, atque in eo consistit palmaris quasi commentarii praestantia.

M. T. Ciceronis de legibus libri III. ex rec. Jo. Davisii et cum ejusdem Commentario edidit Rud. Godohold. Rath. Hal. ap. Kümmel. 1809. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) Est Operum philosoph. Tomus V.

Nota est ex libris editis supra jam laudatis editoris ratio.

Novam praestantemque horum librorum editionem debemus cl. *Jo. Aug. Goerenz:*

M. T. Ciceronis de legibus libri III., ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit Jo. Aug. Goerenz. Lips. in libr. Weidmann. 1809. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.) Est Philosophicorum omnium

In praemissa introductione in hos de legibus libros copiose intelligenterque disputatur de vera horum librorum origine, de tempore, quando scripti sint, de eorum numero, atque de scriptoribus veteribus, quos in iis concinnandis auctor potissimum sit secutus. Cuique libro praefixus est argumenti nexusque cogitatorum luculentus conspectus. In fine additi sunt duo excursus, alter antiquarius, alter, potiore laude insigniendus, grammaticus: *de soni sede et ratione in singulis enunciationibus*, et index rerum verborumque potiorum, quae et in textu et in animadversionibus obvia sunt, utilissimus. Ceterum de hujus editionis consilio ac ratione jam supra universe disseruimus.

In linguam germanicam hos de legibus libros vertit *Frid. Hülsemannus* (Rect. Johannei Luneb.) s. t.: *M. T. Cicero über die Principien und den Geist der Gesetze, im nächsten Bezug auf die alten Gesetze der Römer.* Lips. ap. Schwickert. 1802. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Hülsemannus, cui vera horum librorum origo admodum est suspecta, miram protulit opinionem, nihil esse hos, quales nunc habeamus, libros, quam mutila fragmenta, e veris Ciceronis libris ab epitomatore quodam, forsan Patre ecclesiae christianae, excerpta. Verum quam parum in statuenda hac sententia sibi constet, inde colligi potest, quod idem ipse aliam etiam propinaverit opinionem, paulo sane absurdiorem, esse hos libros

fragmenta libri tertii, quarti et quinti de republica.

Ad pag. 155. lin. 17.

Splendide excusa est editio: *M. T. Ciceronis de officiis, de amicitia et de senectute libri, accuratissime editi.* Paris. 1796. 4maj. (12 Thlr.)

Optime de his libris meruit *Aug. Gotth. Gernhard* (Rect. Friberg.) in praeclara venustaque editione sua:

M. T. Ciceronis de officiis libri III. recens. et scholiis Jo. Facciolati suisque animadvers. instruxit Aug. Gotth. Gernhard. Lips. ap. Fleischer. jun. 1811. maj. 8. (2 Thlr. 4 Gr.)

In textu recensendo non suo ipsius solum acumine critico, sed variis insuper adjumentis praeclare adjutus fuit cl. editor. Usus enim est, praeter variantes lectiones editionis Oxoniensis, a cl. *G. H. Schaefero* cum eo communicatas, emendationibus quoque *Reizii*, ex ejus autographo depromtis, atque a b. *Erfurdtio* editori commodatis, et compluribus editionibus antiquioribus. In recipiendis lectionibus vel conjecturis iis, quae veri specie blandirentur, cauti sobriique critici officio functus est. Eae enim solummodo rejectae melioribusque commutatae sunt lectiones, quae absque omni dubio falsae essent habendae. Varias editoris conjecturas acutas exhibet praefatio. In notis, quibus integrae intextae sunt *Jo. Facciolati* observationes, et emendationum ratio redditur, et loca

obscuriora illustrentur. In calce annexus est excursus praeclarus de Anacoluthis.

M. T. Ciceronis de officiis libri III., in usum juventutis editi notisque illustrati. Hafn. ap. Bonnier 1812. 8. (7 Gr.)

Catonem majorem s. de senectute una cum *Somnio Scipionis* edidit, textum passim refinxit, et Theodori Gazae versionem graecam adjecit *Jo. Adam. Götz* (Rect. schol. Sebald. Norimb.) s. t.:

M. Tulli Ciceronis Cato major et Somnium Scipionis. Μαρκου Τυλλιου Κικερωνος Κατων και Ονειρος του Σκιπιωνος ερμηνεια Θεοδωρου. In einem hie und da berichtigten Texte, u. durch Parallelstellen erläutert von Joh. Adam Götz. Norimb. 1801, 8. (1 Thlr.)

M. T. Ciceronis Cato major et Laelius, seu de senectute et de amicitia dialogi, et Paradoxa. Perpetua annotatione, excursu et indicibus illustravit Jo. Christ. Frid. Wetzel (Lyc. Primisl. Rect.). *Edit. altera correcta et aucta.* Lignit. ap. Siegert. 1808. maj. 8. (20 Gr.)

Praestans haec editio, quae b. *Harlesio* non innotuisse videtur, primum prodiit Lignit. 1792. maj. 8. (16 Gr.). In textu recensendo permultis locis secessit editor ab Ernestio. In notis, quae et crisin et interpretationem spectant, nec parcior fuit, nec ultra limites vagatus est. Perutiles sunt adjecti indices, quorum prior nomina propria, posterior vocabula in his libris obvia continet, adjecta explicatione et interpretatione non-

nunquam germanica. In altera editione vix paginam, ut ipse editor affirmat in praef., deprehendes, quae non sit insigniter emendata et aucta. Nec non indices in hac nova editione locupletati sunt.

Somnium Scipionis notis, germanice scriptis, bene illustratum est ab *J. J. Hottingero* in *M. T. Ciceronis Eclogis, gesammelt von Hrn. Abt d'Olivet, und zum Gebrauch der Zürcher Schule von neuem mit Anmerk. erläutert.* Tigur. 1783. 8. pag. 155—180.

Somnium Scipionis cum copiosis animadversionibus germanicis, hinc illinc conscriptis, et separatim addito commentario *Trilleri*, satis verboso, latine scripto, edidit *Jo. Dav. Büchling.* Lips. ap. Schwickert. 1800. 8. (7 Gr.)

M. T. Ciceronis Cato major, Laelius, Paradoxa et Somnium Scipionis, in usum scholarum. Lubec. ap. Niemann. et soc. 1810. 8. (8 Gr.)

M. T. Ciceronis Cato major, Laelius, Paradoxa et Somnium Scip. in usum scholar. Lips. ap. Hinrichs 1812. 8. et iterum 1816. 8. (8 Gr.)

Ad pag. 156. lin. 6.

collat. Analect. pag. 498.

Catonem majorem in linguam germanicam transtulit notisque illustravit *J. B. Schmitt.* Wirceb. 1786. 8. (3 Gr.) — Idem *Laelium* vertit ibid. 1787. 8. (3 Gr.) et *Paradoxa cum Somnio Scipionis* ib. 1787. 8. Lima egent hae versiones.

Catonem majorem et *Laelium* germanice vertit notisque instruxit *J. H. Hildebrand.* Lips. ap. Schwickert. 1791. 8. (9 Gr.) Non valde laudatur haec versio.

Catonem majorem satis bene vertit, notisque historicis potissimum et philologicis instruxit anonymus (*Jo. Frid. Guil. Motz*) Hal. 1793. 8. (8 Gr.) Idem vertit eodem modo *Laelium* ib. eod. (8 Gr.), et *Paradoxa cum Somnio Scipionis* Lips. ap. Schwickert 1793. 8. (8 Gr.), quae versio multum cedit versionibus Catonis et Laelii.

Catonem M., Laelium et Paradoxa bene vertit et illustravit *Frid. Car. Wolff.* (Rect. Flensb.) Alton. ap. Hammerich 1805. 8. (20 Gr.)

Egregie *Catonem maj.* vertit et illustravit ven. *Dr. Frid. Sam. God. Sack* (reg. Boruss. concion. aul. suprem.) Berol. et Lips. in Mittler. comm. 1808. maj. 8. (8 Gr.) et *Laelium* ib. 1811. maj. 8. (9 Gr.)

Satis fide, sed stylo nimis fucato et affectato vertit *Paradoxa* et *Somnium Scipionis Jac. Gaupp.* s. t.: *Cicero's Paradoxen oder auffallende Behauptungen, dem M. Brutus gewidmet, nebst dem Traum des Scipio, übers. und mit Anmerk. begleitet.* Glogau. 1811. 8. (6 Gr.)

In linguam *gallicam* Ciceronis *Catonem maj., Laelium* et *Paradoxa* vertit *Gallon la Bastide* s. t.: *Traduction nouvelle des Traités de la vieillesse et de l'amitié et des*

Paradoxes de Cicéron; avec le texte latin de l'edition de l'Abbé d'Olivet. Paris. 1804. 12.

Catonem majorem in linguam *Danicam* transtulit *Pet. Nic. Frost* (schol. lat. Aalburg. magist.) Aalburg. ap. Wandall. 1805. 8.; quae versio cum ab orationis suavitate tum ab fide a linguae istius peritis laudatur.

Somnium Scipionis in linguam *Italicam* vertit notisque illustravit *Luigi Mabil.* Mediol. 1815. 12.

Optima quaeque (v. c. orationem pro Coelio, libros duos priores de finib. bonor. et malorum, primam ad Quintum fratrem epistolam et al.) e Ciceronis libris delegit, germanice vertit et illustravit *Jo. Chr. Theoph. Ernesti* (Prof. quond. Lips.) s. t.: *M. T. Cicero's Geist und Kunst. Eine Sammlung der geistreichsten, vollendetesten und gemeinnützigsten Stücke aus den Ciceron. Schriften, übersetzt und herausgegeben von J. C. G. Ernesti.* Lips. 1799—1802. 8. III Vol. (4 Thlr.) Versio plerumque laude est digna.

Simile florilegium Ciceronianum *gallicum* edidit doctisque et copiosis animadversionibus instruxit *L. Leroi* s. t.: *Pensées de Cicéron. Traduct. nouv.* Versaill. et Paris. 1802. 18. III Vol.

Ad pag. 164. lin. 10.

In deligendis explicandisque locis Ciceronis illustrioribus viri quidam docti nostra etiam aetate versati sunt, quorum libros editos hic notare lubet:

Chrestomathiam Ciceronianam edidit *Stoud.* Hafn. 1799. 8.

Praeclaram *Chrestomathiam Cicernioanam*, quae superiores omnes facile vincit praestantia et utilitate, edidit b. *M. Car. Henr. Sintenis* (Direct. quond. emerit. Gymn. Zittav.) s. t.:

Ciceronische Anthologie, oder: Sammlung interessanter Stellen aus den Schriften des Cicero. Für die mittlern Classen in den Gelehrtenschulen bearbeitet. Züllich. et Freystad. sp. Darnmann. 1808 — 12. 8. III Tom. (2 Thlr. 16 Gr.)

Textum secundum Ernestii fere recensionem accurate describendum curavit. In excerpendis fragmentis singulis juvenilem perpetuo respexit aetatem, ita ut ea tantum apponeret capita, quae cum cogitatorum tum orationis facilitate, veritate et elegantia adolescentulorum animos moverent atque ad legendum pellicerent. In animadversionibus partim res auctorisque sententiae, partim linguae latinae idiomata vocabulorumque vis et significatio egregie plerumque explicantur. In praefationibus de vita Ciceronis, ejus scriptis ejusque dicendi generis praestantia, de optima libros ejus in scholis legendi methodo etc. satis copiose et intelligenter disputatur.

In usum eorum, qui artis medicae studio vacant, selectos e Ciceronis libris locos edidit *Dr. A. M. Birkholz* s. t.:

Cicero Medicus h. e. Selecti e Ciceronis operibus loci, vel omnino medici, vel facillime ad res disciplinasque medicas transferendi, in liter. medic. cultorum usum congessit, indic. locuplet. instruxit et praefatus est Dr. A. M. Birkholz. Lips. ap. Kleefeld, 1806. maj. 8. (2 Thlr.) et novo addito inscriptionis folio ib. 1813. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

De nova Chrestomathia Ciceroniana, quam edidit *Chr. Gottlob Broeder* s. t.: *Die entdeckte Rangordn. der lat. Wörter, durch Eine Regel bestimmt* etc. Hildes. in Gerstenberg. comm. 1816. 8. II Tom. (18 Gr.) vide Suppl. nostra ad Prolegg. §. 7.

Ex iis viris doctis, qui varios Ciceronis libros critice tractarunt, sive in eorum antiquitatem et integritatem omnino inquirerent, sive loca tantum corrupta et vexata tentarent, paucos nominare juvat.

Criticas annotationes in locos quosdam Ciceronis scripserunt *Phil. Buttmann* in Novis Actis societ. lat. Jenens. edidit *H. C. A. Eichstaedt* Lips. ap. Reclam 1806. 8. Vol. I. No. III., et *G. G. Bredow* ib. No. VII.

Observationes criticas in Ciceronem scripsit *Lud. Purgold* in libro, critici acuminis pleno: *Observationes criticae ad Sophoclem, Euripidem, Anthologiam graecam et Ciceronem.* Jenae et Lips. ap. Goepferdt. 1802. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.) Comparavit inter alia incerti auctoris libros ad Herennium cum Ciceronis libris de inventione, et evincere studuit,

Ciceronem in conscribendis his libris ante oculos habuisse illos ad Herennium, atque adeo permulta inde in suos transtulisse. Eandem sententiam significavit cl. *Chr. God. Schützius* in programmate quodam hujus inscriptionis:

Specimen emendationum librorum incerti auctoris Rhetoricorum ad Herennium, ex comparatione cum libris Ciceronis de inventione, subnatarum. Jenae 1802 f. — Uberius hanc suam sententiam explanavit argumentisque probabilibus confirmavit, vir doctiss. in prolegg. ad suam *Operum Ciceronis Rhetoricorum* editionem supra laudatam.

Specimen juridicum inaug., exhibens interpretationem jurisprudentiae Tullianae in Topicis expositae — auct. *Franc. Godard. van Lynden, Leovardia-Fris.* Lugd. Bat. ap. Haak. et soc. 1805. 8.

In introductione de tempore, quo hic libellus scriptus sit, de ejus consilio et fontibus, et de vita Trebatii agitur. Ciceronis liber ipse in septem capita sive sectiones est divisus. Commentarius juridicus, quo illustrare Ciceronis opusculum tentavit editor, non placuit doctis harum rerum arbitris. Laudatur tamen diligens et fructuosa recentioris juris comparatio.

De libris Ciceronis *de oratore* quaestionem instituit novamque opinionem declaravit *Jo. Frid. Schaarschmidt* (Rect. schol. Schneeberg.) in dissertatione:

De proposito libri Ciceroniani de oratore, quaestio. Schneeberg. impr. ap. Schill. 1804, 8.

Argumentis ex Ciceroniani ingenii morumque indole, ex ea, qua tum versabatur situatione, cum Caesar et Pompejus rempublicam vexarent, et ex tempore ipso, quo liber videtur esse conscriptus, (sc. A. U. 699.), petitis, satis speciosis illis quidem verique specie blandientibus, probare studet auctor, Ciceronem in hoc libro sibi proposuisse, oratoris dignitatem ac merita celebrare, quo semet ipsum consolaretur, quod tam diu jam abfuerit ab eo loco, quo sua ipsius eloquentia tot tamque dulces collegisset laureas; quapropter hunc librum potius *de oratoris dignitate* inscribendum esse. Brevi addito argumenti totius libri conspectu hanc suam sententiam magis etiam confirmare conatus est auctor.

Ad hos Ciceronis *de oratore* libros pertinet quoque haec dissertatio:

Diss. de Ciceronis libris III. de oratore, etiam post Criticorum curas nondum satis castigatis. Regii Seminarii philol. Lips. nomine et jussu scripsit Otto Maurit. Müller. Lips. ap. Tauchnitz. 1811. maj. 8. (4 Gr.)

Eos viros doctos, qui hucusque hos libros ediderint, paucis tantummodo ac mancis codicibus fuisse usos, nec veteres editiones recentiorumque criticorum scripta satis diligenter et accurate adhibuisse, argumentis evincere studet auctor. De variis primi de

oratore libri locis suas apposuit observationes criticas, acuti ingenii testes.

Animadversiones ad M. T. Ciceronis Oratorem auct. *H. A. Burchardi.* Berol. 1815. 8.

Schützianam inprimis operum Ciceronis Rhetoricorum editionem, supra laudatam, examinandam dijudicandamque sibi sumsit auctor. In eo potissimum culpat cl. *Schützium*, „quod promtus semper sit ad mutandum, idque vel iis in locis, ubi, prudenti adhibita interpretatione, sana reperiuntur omnia et integra; quod saepe parum diligenter priorum interpretum sententias reputet, et rem facillimam existimet, summi oratoris sermonem suis referre verbis; denique quod saepissime Ciceronis orationem corruperit, atque conjecturas saepe non necessarias, audaces et non idonea argumentatione fundatas in textum receperit." Quodsi vero vix erit quisquam, rem vere existimans, qui his criminationibus temere atque omnino assentiatur, tamen non infitiandum est, inter locos, a cl. *Schützio* vexatos, alios ab auctore esse bene vindicatos, alios probabiliter emendatos atque correctos. Omnino quidem acuti et sagacis, neque tamen non cauti ac sobrii critici ingenium satis probavit editor.

Duorum codd. mss. varias lectiones in Ciceronis orationes Catilinarias, Erlangensis scil. et Guelpherbytani, excerpsit, atque in aliquot programmatibus, ad examen publice in Lyceo Zwiccaviensi celebrandum scriptis communi-

cavit dijudicavitque *M. Jo. Aug. Goerenz* (Lyc. Rect. et Biblioth.) Zwiccav. ex offic. Hoeferi 1807—9. 4. maj.

Conjecturas criticas et observationes in Ciceronis orationes Verrinas scripsit *Jo. Frid. Herel* in *Rupertii* et *Schlichthorstii Magazin f. Philologen* Tomo I.

Traug. Frid. Benedict (Lyc. Torgav. Rect.) *Conjecturae ad Verrinas Ciceronis Orationes*, quibus orationes VIII. in Lyceo Torgav. etc. audiendas indicit. Torgav. impr. ap. Kurz. 1809. 4. Omnes has conjecturas integras exhibuit censor in Ephem. liter. Lips. mens. August. 1809. p. 1656—1660.

Animadversiones criticas in Ciceronis orationes pro Ligario, pro Rege Dejotaro et pro lege Manilia scripsit *G. G. Wernsdorf.* in Novis Actis societ. lat. Jenens. edid. *H. C. A. Eichstaedt* Lips. 1806. 8. Vol. I. p. 233 sqq. No. XIV.

Spicilegium observationum in Ciceronis pro L. Corn. Balbo orationem auct. *Frid. Car. Rumpf.* (Prof. Giess.) Giess. 1810. 4.

Observationes illae b. *Weiskii* potissimum hujus orationis editionem (in Ciceronis Orat. VIII. selectis. Lips. ap. Schwickert. 1806. 8.) spectant, varias ab illo inductas lectiones exagitant, vulgatamque saepius tuentur. Editoris emendationes nonnunquam admodum sunt ingeniosae. — Non minus doctae et notabiles sunt ejusdem editoris:

Observationes in Ciceronis orationis pro Caecina loca quaedam difficiliora. ib. 1810. 4.

Antiquitatem genuinamque orationis *pro Ligario* originem sub examen vocavit atque argumentis admodum speciosis in dubium posuit b. *Benj. Weiske* in prolegg. ad suum *Commentarium perpetuum et plenum in orationem M. T. Ciceronis pro M. Marcello.* Lips. 1805. maj. 8. Cfr. supra ad orat. pro Marcello.

De variis scriptis criticis, super suspecta oratione *pro Marcello* editis, supra jam diseruimus.

De Ciceronis in scribenda oratione pro Dejotaro consilio, ejusdemque de eadem judicio non negligendo, scripsit *M. Chr. Jul. Guil. Mosche* (Direct. et Prof. quond. schol. Cathar. Lubec.) Lubec. typ. Roemhild 1815. 4.

Ostenditur in hac praeclara commentatione argumentis admodum probabilibus, hanc orationem, quam Cicero ipse (Ep. ad fam. IX. 12.) nominat *munusculum levidense, crasso filo*, minime ab eo coram Caesare fuisse habitam, sed post confectam demum Dejotari rem et calumniam a Cicerone essè scriptam, atque propter eam, quae inter ipsum et regem perpetuo intercesserit, familiaritatem, ad hunc missam, quo scilicet homini arroganti vanaeque gloriae cupidissimo gratificaretur.

Sev. Nic. Jo. Bloch auctarium animadversionum in orationem Ciceronis pro Sexto Roscio Amerino. Hafn. ap. Schubothe. 1816. 4.

Triplicem lectionem loci vexati *Ciceronis ep. ad fam. XVI.* 26. *(Non potes effugere* etc.) examinavit atque dijudicavit *Car. Theoph. Anton* (Gymn. Gorlic. Rect.) in Progr., quo inaugurationem *B. G. Weiskii* et *G. Kuttneri* (quorum ille Conrectoris, hic Subrectoris munus initurus erat) indicebat. Praemisit nimirum *quaedam de varia lectione, quae in Ciceron. ep. ad Divers. XVI.* 26. *reperitur.* Gorlit. in off. Schirachii. 1809. 4.

Editor tuetur lectionem: *non potes effugere hujus culpae poenam, te patrono. Marcus est adhuc* etc., quam suppeditant plurimi Codd. Mss.

In *Academica* Ciceronis, quae largam sane suppeditant critici ingenii exercendi materiam, inquisiverunt:

G. G. Wernsdorf in Spec. I. et II. *notarum philologicarum et criticarum in M. T. Ciceronis Acad. Quaest.* Gotting. 1807—8.

Aug. Car. Ranitz in commentatione *de libris Ciceronis Academ., adjuncta disp. critica de cap. I. libri II. Ciceronis Academicorum spurio.* Lips. ap. Solbrig. 1809. 4. (8 Gr.)

In hac docta commentatione de hujus operis Ciceroniani inscriptione, de gemina, quae praetendi solet, ejus editione, de vera horum librorum origine ac, quae nunc est, conditione, octo capitibus erudite atque intelligenter disseritur. Capite nono post Hülsemannum luculentissime demonstratur, libri

secundi caput primum esse spurium. Ceterum neque duplicem olim fuisse Academicorum editionem, neque libros ex illis deperditos statuit auctor doctissimus; quos nunc habemus libros, minime novum esse opus, sed emendatum potius passimque immutatum.

Guil. Theod. Baumhauer in Spec. jurid. inaug. *de Lege VIII. C. Si certum petatur. Accedunt tria capita Observationum in Ciceronis librum II. Acad. Quaest.* Lugd. Bat. ap. Haackium et soc. 1811. 4.

In Observationum capite I et II. pertractatur Stoicorum doctrina *de visis* et *de evidentia*; in tertio proponuntur *Observationes miscellaneae in Ciceronis librum II. Acad. Quaest., qui inscribitur Lucullus.* Hic de variis textus lectionibus intelligenter disseritur Ciceronisque placita illustrantur.

Notabilis est commentatio: *Explicatio quorumdam locorum Ciceronis de finibus bonorum et malorum L. I. cap.* 3. scrips. *Frid. Guil. Ehrenfr. Rostius* (Rect. schol. Thom. Lips.). Lips. in offic. Klaubarthii. 1809. 4.

Varios locos librorum *de Divinatione* critice tractavit et explicuit *Jo. Frid. Roos* (Prof. quond. Giess.) s. t.: *Symbolae exegetico-criticae ad M. T. Ciceronis de divinatione libros, ab Hottingero editos.* Giess. 1799. 4.

Jo. Aug. Goerenzii Animadversiones ad M. T. Ciceronis librum I. de divinatione. Zwickav. 1805. 8. jam supra annotavimus.

Ciceronis locos nonnullos libri I. de officiis et Laelii emendavit atque illustravit *A. G. Gernhard* in Nov. act. societ. lat. Ienens. edidit *H. C. A. Eichstaedt.* Lips. 1806. 8. Vol. I. No. XV.

Observationum ad loca quaedam Ciceronis de Officiis dubiae lectionis et interpretationis — scripsit *M. Chr. Gottlob Flade* (Gymn. Friberg. quond. Conrect.) Fribergae typ. Gerlachii 1808. 4.

Quatuor loca obscuriora illustrantur: I. 13, 5.; I. 15, 9.; I. 16, 5.; I. 22, 10. Laudatur interpretandi ratio a viris doctis.

M. T. Ciceronis de officiis librorum III. descriptionem ad faciliorem eorum intelligentiam in brevi conspectu posuit, Rud. Godoh. Rath. Hal. ap. Kümmel. 1803. 4. (12 Gr.)

Ad Somnium Scipionis monita scripsit *Godofr. Ernest. Groddeck* (Prof. Viln.) Vilnae, excud. Zawadzki 1814. 4.

De consilio et argumento hujus fragmenti breviter disputatum, majorque libelli pars perpaucis substratis notulis historicis, tironibus duntaxat destinatis, explicata est. Neque criticen neque interpretationis cogitatorum ac sententiarum rationem habuit editor.

J. G. Lehmanni Explanatio loci e Ciceronis de Natura Deorum Libro II. cap. 30. Lips. 1802. 4.

Libros Ciceronis *de Republica* deperditos ex fragmentis, quae adhuc exstant, ceterisque ejus scriptis restituere conatus est doctus Gal-

lus nescio quis in libro: *De la Republique, ou du meilleur Gouvernement. Ouvrage traduit du Cicéron et retabli d' après les fragmens et ses autres écrits, avec des Notes historiques et critiques.* à Paris ann. 6. (1798.) 8. ap. Fuchsium.

Libri utilissimi, a b. *Harlesio* (Suppl. Vol. I. p. 260. et Analect. p. 500.) notati: *Frid. Wilh. Hagen Materialien zu Uebungen in d. Ciceronianisch. Schreibart*, tomi II. partic. I. prodiit Erlang. ap. Palm. 1799. 8. (10 Gr.), inscriptione sic iterum mutata: *Materialien zu Uebungen in der guten latein. Schreibart, aus den orator. Werken des Cicero und Quintilian, mit erläuternden Zusätzen aus den neuern rhetor. Schriften.* — Tomi II. partic. II. prodiit 1804. (12 Gr.). — Nova eaque emendata et aucta editio particulae I. voluminis I. in lucem missa est Erlang. ap. Palm. 1808. 8. (8 Gr.), — Inde a particula quarta voluminis I. facili negotio operam profligavit editor. Posteriores enim particulae exhibent nil nisi selecta Ciceronis et Quintiliani capita cum versione germanica, adjunctis perraro quibusdam animadversionibus rhetoricis, e libris recentiorum virorum doctorum petitis.

Ciceronis historia philosophiae antiquae a Frid. Gedike collecta, iterum prodiit Berol. ap. Mylium 1801. et tertium ib. 1815. maj. 8. (1 Thlr.).

Cum Demosthene Ciceronem comparavit, et utriusque oratoris peculiares virtutes et digni-

tatem ratione admodum utili et fructuosa exposuit *Dan. Jenisch* in: *Aesthetisch-kritische Parallele der beiden gröfsten Redner des Alterthums, Demosthenes und Cicero, nebst 4 Musterreden derselben aus dem griechischen und lateinischen.* Berol. 1801. 8. (1 Thlr.)

Henr. Aug. Schott disp. s. commentatio philologico-aesthetica, qua Ciceronis de fine eloquentiae sententia examinatur et cum Aristotelis, Quintiliani et recentiorum quorundam scriptorum decretis comparatur. Lips. 1801. 4.

Ad §. 4.

C. Julius Caesar.

Ad pag. 172. lin. 21.

Bipontina editio repetita est Argentor. in typogr. societ. Bipont. 1803. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Mori editionem novis curis auctam et emendatam repetendam curavit *J. J. Oberlinus* (Prof. Argentor.). Haec est editionis epigraphe:

C. Julii Caesaris Commentarii de bello Gallico et Civili; accedunt libri de bello Alexandrino, Africano et Hispaniensi. E recensione Franc. Oudendorpii; post Cellarium et Morum denuo curavit Jer. Jac. Oberlinus. Lips. in librar. Weidmann. 1805. maj. 8. (2 Thlr. 12 Gr.)

In textu constituendo *Morum* quidem potissimum secutus est novus editor, in compluribus tamen locis meliores lectiones, vel

codicum auctoritate vel sobriae critices legibus nixus, in textum recepit. *Mori* annotationes integras exhibet haec editio (*Cellarii* selectas), sed ab editore insigniter auctas, sive crisin spectes, sive interpretationem, praesertim historicam. In observationibus criticis non solum potiores proponuntur Codd. lectiones, quas Oudendorpiana major exhibet, sed etiam optima quaeque ex veterum recentiorumque criticorum scriptis selecta. Fragmenta denique et testimonia veterum de Caesare, a *Moro* neglecta, additis insuper Caesaris dictis, quae in auctorum veterum libris sunt asservata, restituit novus editor. Quatuor etiam indices illi, a *Moro* summa diligentia concinnati, inter quos latinitatis indicem eminere constat, passim aucti sunt et emendati. In praef. varia scripta, in quibus horum Caesaris librorum fides est tentata, recensentur atque generatim refutantur; de epochis etiam rerum a Caesare narratarum quaedam notantur. Praefationem excipit *H. Dodwelli* Diss. de auctore libri VIII. de bello Gallico et Alexandrino, African. atque Hispan., et Comparatio epocharum belli civilis Pompeji et Caesaris respectu Fastorum Rom. et anni solaris Juliani proleptici ex mente *Guischardi*. Laetandum est, classicam hanc editionem non venustiore solum facie externa ornatam, sed emendatissime etiam typis exscriptam esse.

Editio *Jo. Chr. Frid. Wetzelii*, quae primum prodiit Varsov. 1797. 8. (16 Gr.) et nitida correctaque est, repetita est ibid. 1812. 8. (Lips. in Rein. commissis) [16 Gr.] s. t. *C. Jul. Caesaris de bello Gallico et civili, nec non aliorum de bello Alexandrino, Africano et Hispan. Commentarii. Ad exemplar Oudendorpii recudi curavit Jo. Chr. Frid. Wetzel.*

Textum Oudendorpianum, bene emendateque expressum exhibet editio Norimbergiana: *Jul. Caesaris Commentarii de bello Gallico, civili* etc. *ex recens. Franc. Oudendorpii.* Norimb. ap. Riegel. 1812. min. 8. II Tom. (16 Gr.)

Eadem fere laude scholarum usui commendanda est editio, quae *Marburgi* ap. Kriegerum 1815. 8. (20 Gr.) prodiit, et itidem merum exhibet textum.

C. Jul. Caesaris Commentarii de bello Gallico et civili, una cum Hirtii vel Oppii supplementis. Edit. nova. Halae in librar. Orphan. 1813. 8. (10 Gr.)

Cum vix suadendum sit, ut Caesaris libri integri in scholis perlegantur, quoniam permulta in iis obvia sunt, quae nec juvenili aetati blandiantur, nec utilitatem quandam pueris afferre possint, laudabili sane consilio susceptum videri debet florilegium ex ejus libris hac mente factum:

Auszug aus den Werken des C. Jul. Caesar. Für Anfänger in der lat. Sprache herausgegeben, und mit einigen erläuternden Anmerkungen zur Erleichterung der Uebersee-

tzung versehen von *J. D. Hensel.* Lips. ap. Schwickert. 1808. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Ad pag. 174. lin. 14.

Ph. Lud. Haus novam versionis suae germanicae editionem in lucem misit Francof. ad M. ap. Herrmann. 1801—3. II Tom. 8. (2 Thlr.) sed tantopere limatam emendatamque, ut plane nova videatur.

Novissima versio Julii Caesaris germanica est:

C. Julius Caesars Jahrbücher, übersetzt von Adolph Wagner. Baruthi ap. Lüder 1808. II Tom. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.). Num Curiae Regnit. ap. Grau 1815. maj. 8. II Tom. (2 Thlr. 8 Gr.) vere nova prodierit editio, an potius, id quod suspicor, prior novo tantum addito tituli folio iterum offeratur emenda, non satis scio. Ceterum fidem in hac versione nemo non agnoscet; verum nimium praeclarae alioquin hujus in vertendo virtutis studium interpretem saepius ad ejusmodi verborum juncturas orationisque universae structuram adegit, quae a nostrae linguae ingenio haberi debet aliena.

Librum a b. *Harlesio* Analect. p. 500. notatum: *Leben des C. Julius Caesar von A. G. Meifsner* absolvit *J. C. L. Haken*, quarto addito volumine. Berol. ap. Dunker. 1812. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.). Nimiam narrationis prolixitatem, verbosamque et fucatam orationem jam alii viri docti in hoc libro vituperaverunt.

Ad §. 5.

CORNELIUS NEPOS.

Ad pag. 179. lin. 16.

Chr. Cellarii editio, quam largis annotationibus, puerili sane aetati salutaribus, locupletavit *Christ. Schöttgenius* et *Andr. Stubelius* (sub literis M. A. S. latens), iterum prodiit Lips. ap. Schwickert. 1774. 8. (12 Gr.) Editor est *Chr. Aug. Krigel.* Textus in hac editione secundum editionem Bosianam alteram est constitutus additaeque sunt notae editoris, varietatem lectionis potissimum exhibentes.

Ad pag. 179. lin. 9.

Editionem *Bosianam* a *Jo. Frid. Fischero* repetitam, iterum egregie ornatam in lucem emisit vir doctus (b. *Harlesius*, quod sciam) s. t.:

Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum, cum animadversionibus Jo. Andr. Bosii, varias lectiones, notas et praefationem addidit Jo. Frid. Fischerus. Editio nova, multo auctior et emendatior. Lips. in libr. Weidmann. 1806. maj. 8. (2 Thlr.)

In recensendo textu innumeris fere in locis a Bosiana recensione discessit editor, atque meliores lectiones sive codd. auctoritate, sive acutorum criticorum conjecturis fundatas, in textum recepit. *Fischeri* libellus variarum lectionum, qui in superioribus editionibus calci adhaerere solebat, in hac nova,

una cum additamentis, e schedis b. viri depromtis, et editoris ipsius spicilegio, ex diligenti antiquiorum quarundam editionum recentiorumque librorum criticorum comparatione facto, inter textum et annotationes interpositus est. *Bosii* animadversiones integrae repetitae sunt, sed notis nonnullis *Fischeri*, indidem ex ejus autographo petitis, auctae. Neque vero non novus editor doctus suas multis locis adspersit observationes praeclaras. Addita quoque sunt Corn. Nepotis fragmenta et tabulae chronologicae ex altera editione Tzschuckiana desumtae. Etiam index Fischerianus locupletatus est. Externa denique hujus editionis, quae merito habetur classica, venusta facies respondet sane dignitati ejus internae.

Ad pag. 180. lin. 2.

Editio *Bipontina*, quae lucalento indice historico et grammatico instructa est, et praeter Corn. Nepotis fragmenta Chronologias quoque vitae quorundam imperatorum exhibet, repetita est Bipont. 1788. et iterum 1796.

Ad pag. 180. lin. 14.

Interpretationi historicae bene inservit editio a *Ph. Lud. Haus* curata. Mogunt. 1784. 8. (12 Gr.)

Ex nova docti cujusdam viri recensione sine notis prodiit Corn. Nepos *Marburgi* in nova librar. acad. 1799. 8. (8 Gr.)

Nitida et correcta est editio *stereotypa*: *Corn.*

Nepotis vitae excell. imperatorum. Paris. ap. Didot 1799. 12. (8 Gr.)

Bona est editio: *Corn. Nepotis vitae excell. imperatorum, collatis optimis editionibus curavit M. Rathje.* Hafn. ap. Hartier 1800. 12. (10 Gr.)

Corn. Nepotis vitae etc. *ad opt. edit. collat., una cum vita Nepotis, a G. J. Vossio scripta.* Lips. ap. I. B. G. Fleischerum 1801. 8. (8 Gr.)

Utilis, ad criticum quoque usum, sunt editiones *Car. Frid. Heinrichii* Vratisl. ap. Meyer. 1801. 8. (16 Gr.) et magis etiam *Jo. Chr. Frid. Wetzelii.* Lignit. ap. Siegert. 1801. 8. II Tom. (1 Thlr. 4 Gr.)

Sine notis textus Corn. Nepotis typis exscriptus est Francof. ad Moen. 1801. 8.

Cornelius Nepos de vita excellentium Imperatorum. Mit Einleit. und teutschen Anmerk. von M. Benj. Frid. Schmieder. Berol. in nova librar. acad. 1801. 8. (16 Gr.) ed. alt. 1815.

Textus est Heusingeranus, passim tamen refictus. Notae optima quaeque exhibent ex superiorum editorum observationibus delecta. Singulis vitis praefixa est brevis vitae rerumque imperatorum gestarum narratio, quatenus ea ad meliorem auctoris intelligentiam est necessaria. Addita insuper est, praeter indicem geographicum, tabula geographica, nitide aeri incisa, quae conspectum earum rerum repraesentat, quas Nepos ab imperatoribus gestas commemoravit.

Cum indice et notis germanice scriptis Cornelium Nepotem edidit *F. R. Ricklefs.* Hannover. ap. Hellwing. 1802. maj. 8. (16 Gr.)

Editio studio et cura *J. J. Bellermanni* concinnata, Erford. ap. Müller. 1802. 8. (6 Gr.) vix quidquam habet, quod videri possit insigniendum.

Denuo ad Cornelium Nepotem edendum sese accinxit b. *Car. Henr. Tzschucke*, a *Rupertio* incitatus. Prodiit igitur nova editio, ab eo ad collectionem *Scriptorum Romanorum classicorum* accommodata, s. t.:

Corn. Nepotis excellentium imperatorum vitae, ad opt. exemplarium fidem recensitae, atque praeoemio, chronologia et indice rerum instructae a Car. Henr. Tzschucke. Gotting. ap. Dietrich. 1804. 8. Separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in Corn. Nepotis excellentium imperatorum vitas, conscriptus a Car. Henr. Tzschucke. ibid. 1804. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

In praeoemio docte et satis accurate disseritur de Corn. Nepotis aetate; de ejus vita et moribus; de doctrina et scriptis Nepotis; de vero auctore libri de vitis excellentium imperatorum; de fide et fontibus Cornelii (minus accurate); de oratione Corn. Nepotis; de codd. et editionibus; de hujus editionis indole et consilio. Argumenta, cujusque imperatoris vitae praefixa, brevem suppeditant rerum narratarum conspectum. Tex-

tus basis est Staveriana editio a. 1773, permultis tamen locis refictis atque correctis. Singularem et affectatam orthographiae rationem vix probabunt viri docti. Tabula chronologica plenior et accuratior est, quam in aliis editionibus. Commentarius partim rationes proponit, quibus variorum locorum correctiones criticaeque aliquot b. editoris conjecturae vindicantur et comprobantur, partim res et verba illustrat. Confitendum tamen est, interpretationem historicam nimis neglectam esse.

Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. Mit grammat. und erklärender Anmerk. von Christian Heinr. Paufler. (Rect. schol. Neostad. prope Dresd.) Lips. ap. Rein. 1804. maj. 8. (2 Thlr.) *Edit. alt. emend.* ib. 1816.

Eo potissimum consilio suscepta est haec editio, ut ii inprimis scholarum magistri, qui propter rerum angustiam vix complures sibi parare possint editiones, haberent quasi promtuarium, quod ipsis suppeditaret, quodcunque ad intelligendum interpretandumve Nepotem esset necessarium. Hac mente ea omnia in hanc editionem congessit auctor, quae alias ex pluribus vel editionibus, vel scriptis ad antiquam literaturam omnino pertinentibus, vel adeo lexicis erant haurienda. In textu constituendo nullam plane secutus est recensionem; variantium lectionum perraro, et in potioribus tantum locis, mentio-

nem fecit, atque omnino orisin nimis perfunctorie et strictim tractavit. Majorem sane curam et diligentiam tribuit colligendis locis Cornelii parallelis, iisque, quibus orationis latinae ratio et indoles ex optimis recentiorum Grammaticorum libris illustratur ac probatur, quorum conspectum spatium illud complectitur, quod est inter textum et annotationes. Insignior hujus editionis pars est commentarius perpetuus, cuique paginae substratus, in quo vix quidquam desiderabis, quod ad intelligendum Nepotem necessarium possit videri. Nimia tamen nec necessaria semper hujus commentarii prolixitas, praesertim in adumbrandis quorundam virorum illustrium vitis aliisque rebus historicis illustrandis, displicuit nonnullis viris doctis, idque eo rectius, quoniam editor nonnunquam tamen a suo secessit consilio, et pro exspectanda illustratione historica lectores ad libros ablegavit, quos vix in eorum magistrorum manibus credere posset, quibus hac scilicet editione potissimum consultum ire voluit. Calci adhaeret index utilissimus, quo ea, quae in notis illustrata sunt, significantur. Ceterum emendate typis exscripta est haec editio, venusta alioquin carens facie externa.

Corn. Nepotis vitae excellentium imperatorum, in usum scholar. Hafn. ap. Schubothe. 1810. 8. (6 Gr.)

Corn. Nepotis vitae excell. imper. Manhem. ap. Loeffler. 1808. 8. (6 Gr.)

Mirandum atque potius dolendum est, vel nostra etiam aetate desiderari putidum *Eman. Sinceri* (Ayrmanni) laborem. Repetita enim est ejus editio studio *Jac. Brand.* Francof. ad Moen. ap. Brönner. 1809. 8. (14 Gr.)

Corn. Nepotis vitae excell. imperat. Editio accurata. Marburgi ap. Krieger. 1810. 8. (8 Gr.)

Corn. Nepotis vitae excell. imperat. et fragmenta. Textum ad optimarum editionum fidem constituit, et lectionum varietatem adjecit M. B. Thorlacius. Hafn. ap. Bonnier. 1811. 8. (10 Gr.)

Corn. Nepotis editio, *usui scholarum accommodata*, quae *Darmstad.* ap. Heyne et Leske 1812. 8. prodiit, merum exhibet textum, haud eleganter et emendate typis exscriptum.

Cornelii Nepotis vitae excell. imperatorum. Mit Anmerk. von Joh. Heinr. Bremi (Prof. Turic.) *Ed. alt. auct. et emend.* Turic. ap. Ziegler. 1812. maj. 8. (1 Thlr.)

Priorem jam editionem, Tiguri 1796. 8. (20 Gr.) in lucem emissam, meritis laudibus ornarunt docti et intelligentes rerum arbitri. Ii adolescentes, quibus forsan nondum accurate innotuit hujus editionis praestantia, haec habeant de ejus consilio et indole. Textus est Staverianus, permultis tamen locis, praesertim in nova editione, ab editore correctus. Annotationes tam praeceptoribus, quam

discipulis sunt scriptae. Orationis latinae praecipuam in eis rationem habuit editor; quamobrem non subtilioris solum syntaxeos regulae praeclare illustrantur, sed et singulorum vocabulorum vera vis et significatio, eorumque inter se differentiae acute ac perspicue circumscribuntur. Crisin potioribus tantum in locis attigit, eo tamen modo, ut adolescentuli mature jam ad eam adsuefacti, sensim adamare incipiant vel criticam veterum scriptorum tractationem. Interpretatio vero historica minus plena et accurata est, praesertim in priori editione. Altera enim animadversiones exhibet dimidio auctiores, et copioso insuper indice est instructa, qui in priori plane desiderabatur. Itaque praeclaram hanc editionem, quae venusta quoque forma externa allicit lectores, iis potissimum adolescentibus literarum antiquarum studiosis, juventutisque magistris, qui in discenda docendave lingua latina ultra plebeculam sapere velint, etiam atque etiam commendamus.

Cornelii Nepotis vitae excell. imperatorum, cum libro singulari de vita T. Pomponii Attici. In commodum studiosae juventutis recognovit, vitarum ordinem verum reducere instituit, introductionem de auctoris vita, scriptis et usu agentem praemisit, notas criticas ad calcem adjecit Franc. Nic. Titze (AA. LL. et Philos. Dr. Historiae in Univ. Prag.

P. P. O. Regni Bohemiae Historiograph.) Pragae ap. Widtmann. 1813. 8. Etiam s. t.:

Bibliotheca latina classica, tomis octo complectens auctores Rom. veteres, prosaicos et poeticos, juvenili potissimum lectioni accommodatos, partim integros, partim excerptos et serie certa ordinatos. In commodum studiosae juventutis adornavit, textum auctorum recognovit, introductiones singulis praemisit, notas criticas ad calcem adjecit Fr. Nic. Titze etc. Tomus II. (cont. Corn. Nepotem et Phaedrum) [1 Thlr. 8 Gr.]

Hujus editionis, quae omnino critica est, basis est Staveriana a. 1773., collata tamen Heusingeriana. Praeterea variis editionibus antiquioribus usus est editor, inprimis Coloniensi a. 1543, quae recensionem *Gisb. Longolii*, e codice ms. optimae notae depromtam, exhibet, cujus potiores lectiones nonnunquam in textum recepit. In vita Attici plures etiam veteres editiones criticas contulit, inter has editionem alteram *Vitarum Plutarchi* (quibus antiquitus adjungi solebat haec Cornelii Nepotis vita Attici), a *Jo. And. Campano* curatam et circa annum 1478 probabiliter impressam, quae servatur in bibliotheca Lintiana, et *Jensonianam* editionem Vitarum Plutarchi, a. 1478. in lucem emissam. De fructu, ex his editionibus capto, atque omnino de textus tractatione critica in animadversionibus criticis, ad calcem adjectis, disputatur. In introductione

de vita Corn. Nepotis, de vera vitarum excellentium imperatorum origine, de Aemilio Probo, de fontibus, consilio scribendique genere vario Nepotis, satis intelligenter et acute disseritur. Vitarum ordinem propterea immutavit editor, quod Nepos in proponendis iis civitatum quendam ordinem secutus sit. Num vero editor hanc suam opinionem et alia quaedam, quae de his vitis earumque indole hodierna disputavit, doctis harum rerum arbitris sit probaturus, equidem dubito.

Corn. Nepotis vitae excell. imperatorum. Mit Anmerk. für die Schuljugend von J. C. Friedrich. Vratisl. ap. Kayser. 1813. 8. (18 Gr.)

Corn. Nepot. vitae excell. imperat. Wirceb. ap. Stahel. 1815. 8. (4 Gr.) Solus contextus.

Editio *Halensis*, sine notis, iterum prodiit in librar. Orphan. 1816. 8. (2 Gr.)

Corn. Nepotis vitae excell. imperat. Nebst einem Wörterbuche bearbeitet für Schulen von M. Chr. F. Lüttmann. Lips. ap. Andreae. 1816. maj. 8. (20 Gr.)

Cum vix consentaneum videatur, cum latinae linguae tironibus in inferioribus scholarum classibus integrum Nepotem perlegere, probandum sane est consilium, ejus librum in compendium redigendi, atque ita juventuti scholasticae magis adaptandi. Optime hoc negotio perfunctus est *C. H. Haenle* (Subcons. Gymn. Idsten.) in:

Corn. Nepos im Auszug. Für untre Klassen der Gymnasien und sogenannte Trivialschulen bearbeitet von C. H. Haenle. Francof. ad Moen. in libr. Andreae 1805. maj. 8. (12 Gr.)

Vitas imperatorum, a Cornelio narratas, in compendium redegit, varie immutavit, adjectis vitis Coriolani et Camilli, e Livio haustis, auxit, atque Hannibalis vitam supplevit. Introductiones non minus historicae, quam variae annotationes, linguae latinae ingenium et indolem spectantes, multum proderunt juventuti scholasticae.

Ad pag. 180. lin. 25.

Versio Nepotis germanica, quae Francof. et Lips. 1766. 8. (8 Gr.) prodiit, et satis fida nec omnino inelegans est, facta est a virgine nobili *ab Erath.*

Jo. Andr. Ottonis versio iterum prodiit 1782. et tertium 1793. 8.

Jo. Andr. Benign. Bergstraesseri versionem, quae a *D. C. Seyboldo* emendata secundum prodiit 1789. 8., plane mutatam edidit *Dr. Nic. Godefr. Eichhoff* (Prorect. Gymn. Weilburg.) Francof. ad M. ap. Hermann. 1815. 8. (1 Thlr. 8 Gr.). Enimvero licet negari nequeat, novum editorem de hac versione bene quidem meruisse, tamen confitendum est, eam, siquidem summam respexeris, satis adhuc languidam et verbosam, neque ubivis accuratam esse. Annotationes, quae ceteroquin

valde auctae sunt in hac novissima editione, vera saepius falsis permixta exhibent.

Kornel. Nepos, teutsch, mit einer Abhandl. über die Methode, ihn zu lesen, herausgegeben von Alb. Xav. Weinzierl. Monach. 1792. 8. (16 Gr.) c. x. fig.

Nativa elegantia et simplicitas Cornelii desideratur in hac versione.

Mediocris est versio *Jo. Dav. Büchlingii*, c. notis. Lips. ap. Schwickert. 1796. 8. (16 Gr.)

Laude sua non defraudandae sunt versiones *Mich. Federi* Norimb. 1800. 8 maj. (16 Gr.) et *Frid. Fröhlich.* Vindob. ap. Doll. 1805. maj. 8.

Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. Cornelius Nepos Biographien berühmter Feldherrn. Uebersetzt von Dr. Mich. Feder. Vindob. ap. Pichler. 1805. II Tom. 8.

Num haec *Mich. Federi* versio plane nova sit, an illa tantum anni 1800. retractata et emendata, non exploratum habeo. Multimodis vero reprehendi eam memini a censoribus doctis, atque contextus inprimis latini expressionem propter grandem, qua scateat, errorum typographicorum copiam notari.

Cornelius Nepos Leben berühmter Feldherrn. Neu übersetzt. Hamb. ap. Nestler. 1813. 12. (12 Gr.)

Ad pag. 181. sect. 7.

Varias in Cornelium Nepotem variorum interpretum animadversiones more consueto

hinc illinc congessit atque hoc titulo in lucem prodire jussit *Jo. Dav. Büchling: Erklärende und grammatische Anmerkungen zum Corn. Nepos. Zum Schulgebrauch und Selbstunterricht.* Lips. ap. Schwickert. 1804. 8. (1 Thlr.)

Grammatisches Lexicon über den Corn. Nepos, worin man bei jedem Kapitel auf Bedeutung und Quantitaet der Wörter, mit Nachweisung der syntact. Regeln nach der gröfsern Grammatik von Broeder; und auf Geschichte und Geographie Rücksicht genommen findet. Ein Hülfsbuch für einen zweiten Cursus, zur Beförderung einer frühen gründl. Kenntnifs der latein. Sprache; Schulen gewidmet und solchen Schülern, welche für sich das Versäumte nachholen wollen, von D. Lud. Hörstel (Conr. Catharin. Brunsv.) Brunsv. ap. Reichard. 1805. 8. (21 Gr.)

Quae in hoc libro sint quaerenda, satis superque commonstrat sermo, in titulo habitus. Absurdam esse methodum eam, qua textus verba secundum singulorum capitum seriem discipulis explicantur, in eo consentiunt omnes periti harum rerum arbitri. Ad hoc accedit, quod editor in concinnando libello non perpetuo firmum sibique constans tenuit consilium, sed modo pueros elementarios, quibus vel singulae verborum inflexiones sint monstrandae, modo discipulos provectiores, quibus graecas vocabulorum etymologias proponere, et quos adeo ad ipsos

auctores graecos ablegare possit, ante oculos habuisse videtur. Quam de consilio libri Corneliani in praefatione proposuit opinionem, scriptum scilicet esse a Cornelio hunc librum, ut patriae amorem Romanis inspiraret, atque imminentem adeo civitatis ruinam aliquamdiu adhuc cohiberet, ea ne explodatur, veremur.

M. Benj. Frid. Schmiederi Lexicon über den Corn. Nepos (v. Suppl. Vol. I. p. 293 sq.) auctius et emendatius (cura *Frid. Schmiederi*) prodiit Hal. ap. Hemmerde. 1816. 8. (18 Gr.)

M. Chr. Fried. Lüttmann vollständ. Wörterbuch über den Corn. Nepos, in welchem Sprache und Sachen vollständig erklärt werden. Zum Gebrauch für Schulen bearbeitet. Lips. ap. Bauer. 1816. maj. 8.

Cum laude memorandum est Progr. b. *Chr. Jul. Guil. Mosche* (Direct. quond. et Prof. schol. Catharin. Lubec.) *De eo, quod in Cornelii Nepotis vitis faciendum restat, addita commentatione super iis, quae de pace inter Persas victos et Graecos, Cimone duce victores, composita, varie narrantur.* Francof. ad Moen. 1802. 4.

Ejusdem Symbolae ad crisin textus Cornelii Nepotis. Partic. I. et II. Lubec. ap. Römhild 1807—9. 4. In *particula I.* inest: *Cornelii Nepotis liber, qui inscribitur, imperatorum excellentium vitae, utrum opus integrum, an vero operis majoris pars quaedam sit*

habendus. In *particula II.* inest: *Censura lectionum codicis Axeniani in Vitis septem prioribus occurrentium.*

Beatus auctor sibi persuasit, Nepotis vitas excellentium imperatorum, quales nunc habeamus, esse nonnisi partem majoris ejus operis de viris illustribus, quam quidem ejus opinionem ex ipsius commentatione illustravit etiam *N. G. Eichhoff* in praef. ad novam *Bergstraesseri* versionis germanicae editionem, a se curatam et supra indicatam. In particula II. variantes lectiones codicis praestantissimi *Axeniani*, quem in partic. I. accuratius descripsit, plene et curate notavit, diligenter comparata editione novissima Fischeriana. Multas praeclaras lectiones exhibet hic codex, ita ut Cornelio Nepoti optime consultum iri videatur, si quidem post praematuram Moschii mortem docto alicui viro contigerit, ut praestanti hoc codice ad Cornelii textum emendandum uti possit.

Animadversionum in Cornelium Nepotem Partic. I. scripsit *M. Henr. Lud. Hartmann.* (Lyc. Guben. Conr.) 1805. 4. *Partic. II.* ib. 1808. 4.

Varia Cornelii Nepotis loca subobscura atque inde ab omni tempore maxime vexata, bene illustrantur in his commentationibus.

De rebus quibusdam dubiis in Cornelio Nepote obviis. Quaestio historico-grammatica — scripsit *Christ. Henr. Paufler* (Rect.

schol. ad S. Cruc. Dresd.) Dresd. ap. Meinhold. 1815. 4.

Varia Cornelii Nepotis loca ratione grammatica admodum fructuosa in hac commentatione explicantur.

Ad §. 6.

C. Sallustius Crispus.

Ad pag. 190. lin. 21.

Bipontina editio tertium auctior prodiit s. t.: *C. Sallustii Crispi Opera, novissime recognita, emendata et illustrata; praemittitur vita a Clerico scripta et notitia literaria, studio societatis Bipontinae.* Argentor. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Ad pag. 191. lin. 2.

C. Sallustii Crispi bellum Catilinarium. Zum Gebrauch der obern Klassen der Schulen und Gymnasien, mit erläuternden Anmerk. herausgegeben von Joh. Dav. Büchling. Lips. ap. Schwickert. 1801. 8. (1 Thlr.)

Eodem modo *bellum Jugurthinum* prodiit ibid. ap. eund. 1802. 8. (1 Thlr.)

Vix commendari potest juventuti istiusmodi notarum farrago. Nam cum eae ex sexcentis fere compilatae sint libris, nec uspiam datae sint significationes, quid in quovis loco pro optimo sit accipiendum, verendum sane est, ne adolescentuli inexercitati vel in ancipiti relinquantur, vel adeo falsa pro veris arripiant.

Parvi itidem pretii atque plane ad modum Minellii constituta est editio, quam concinnavit *Alb. Christ. Meinecke*:

C. Sallustius Crispus sämtl. Werke, nach der Recension der Zweybrücker Ausgabe, mit deutschen Anmerk. und einem Wörterbuch versehen, zum Gebrauch der Schulen von A. C. Meinecke. Lemgov. ap. Meyer. 1802. 8. (1 Thlr.)

Parum quoque satisfecit viris doctis *A. Winding-Brorson*, Danus, qui bis Sallustium in usum scholarum edidit, primum Hafniae 1802. 8. s. t.: *Scriptores historici latini, Tomus I.* continens *Sallustii Bellum Catilinarium et Jugurthinum*; tum: *C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium et Jugurthinum, variant. lection. et notis illustravit* etc. Francof. ad Moen. ap. Varrentrapp. 1807. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Meliorem editionem scholarum usui aptam, nimia tamen notarum mole laborantem, edidit *M. Henr. Kunhardt* (Gymn. Lubec. Prof.):

C. Sallustii Crispi Opera, exceptis fragmentis, omnia, edidit et prooemio quadripartito, argumentisque capitum praemissis, eam, quae in scholis legi solet, partem notis illustravit Henr. Kunhardt. Lubecae ap. Niemann 1809. maj. 8. *Tom. I.* (etiam sub tit. Sallustii Bellum Catil. venalis) [18 Gr.] — *Tom. II.* (etiam sub tit. Sallustii Bellum Jugurth. venalis) 1810. (18 Gr.). Inde ex anno 1812 haec editio, novo addito tituli folio, venalis prostat Lips. ap. Barthium (1 Thlr. 8 Gr.).

Textus emendate typis exscriptus est; annotationes, quae in tomo primo nimis copiosae sunt, historica potissimum atque Sallustianum dicendi genus bene plerumque illustrant. In prooemio quadripartito disseritur 1, de editoris consilio. 2, de vita et scriptis C. Sallustii Crispi. 3, de latinitate Sallustii. 4, de praestantioribus operum Sallustianorum editionibus, diatribe *Joannis Hermanni a Melle*, Lubecensis.

Merus textus typis exscriptus est in editione *Halensi: C. Sallustii Crispi Opera, cum histor. fragmentis, duabus epist. ad C. Caesarem, et Declamationibus, una in Ciceronem, in Sallustium altera.* Editio emendata. Halae in librar. Orphan. 1809. 8. (6 Gr.)

C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium et Jugurthinum; notas adjecit M. B. Thorlacius. Hafniae ap. Bonnier. 1815. maj. 8. (12 Gr.)

Horum editorum labores facile superavit *Guil. Lange* (Prof. in acad. Hal. extraord.) in praeclara editione sua:

C. Sallustii Crispi Opera, quae extant, praeter fragmenta, omnia, textum recognovit et illustravit Guil. Lange. Hal. ap. Hemmerde 1815. 8. (18 Gr.)

In textu constituendo ad summam sequitur Havercampianam recensionem, in permultis tamen locis ab ea discessit. Omnino quidem eo maxime animum retulit editor, ut textum, variis inde interpretum, praesertim

Cortii mutationibus temere factis, corruptum, in verum genuinumque restitueret statum. Notae, in quibus partim Sallustii genus scribendi, partim historica illustrantur, satis copiosae sunt in bello Catilinario, in Jugurthino largientem manum nimis fere cohibuisse videtur editor. In bello Catilinario notis substrata sunt breviaria, in quibus singularum sectionum argumentum paucis verbis describitur. Additus quoque est index nominum propriorum minus plenus. Ceterum haec editio nec typothetarum erroribus inquinata est, nec externo habitu deterret lectores.

C. Sallustii Crispi Catilina et Jugurtha. Ad opt. exemplarium fidem recens. et in usum scholar. edidit C. P. Fröbel. Rudolstad. in libr. aul. commiss. 1816. 8.

Quod ad *Historiarum*, quae adhuc exstant, fragmenta attinet, notanda sunt insigniora illa, quae in bibliotheca Parisiensi olim reperta sunt, et ad bellum gladiatorium spectant. Varie edita sunt haec fragmenta, v. c. a *Muratori* in Thesauro Inscription. Tom. I., a *de Brosses* et aliis. Novissime edidit ea *Jo. Theoph. Kreyssig* (Rect. schol. Schneeberg., in praes. Prof. ill. schol. provinc. Misen.):

C. Crispi Sallustii Historiarum Libri IIItii Fragmentum, cum quinque aliis in bibliotheca Parisiensi olim repertum, denuo edidit Jo. Theoph. Kreyssig. Schneeberg. 1811. maj. 8. (8 Gr.)

In prolegg. historia et fata horum fragmentorum narrantur. Tertii tantum libri fragmentum, ut est mancum et mutilum, proposuit editor, adjectis animadversionibus criticis, suisque et aliorum supplementis. Cum haec fragmenta propter argumentum proxime accedant ad fragmentum libri XCI T. Livii, editori animus erat, illa Sallustii fragmenta in nova Liviani istius editione, mox in lucem emittenda, iterum repetendi et illustrandi.

Ad pag. 192. lin. 2.

Versionibus Sallustii germanicis addendae sunt:

Cäjus Sallustius Crispus, übersetzt von Fried. Fröhlich. Vindob. ap. Doll, 1804. maj. 8. II Tom. (1 Thlr. 8 Gr.). — *Tom. I.* continet Sallustii bellum Catilinarium et Ciceronis orationes in Catilinam. *Tom. II.* cont. bellum Jugurthinum et Declamationes de ordinanda republ. Additus quoque est titulus: *Bibliothek der Röm. Historiker, in neuen Uebersetzungen, 1. u. 2. Band.*

Interpretis studium, suam in versione orationem Sallustianae concinnitati et brevitati adaequandi, manifestum sane est ac laudabile. Nihilominus tamen subdubitamus, quin ei, qui *Schlüteri* et *Woltmanni* labores, mox laudandos, comparaverit, ista versio placeat. Addita est epitome Catilinarii et Jugurthini belli, brevis eorum hominum, qui in utroque bello commemorantur, con-

spectus, et tabula veteris Romae topographica.

Sallusts Katilina und Jugurtha, aus dem Latein. übersetzt von K. Fr. Hallbauer. Lips. 1806. 8. (12 Gr.)

Valde vituperatur haec versio.

Sallustio interpretando denuo manum attulit *Alb. Xav. Weinzierl.* Edidit nimirum:

Sallusts sämmtl. Werke, deutsch und lat., ganz neu bearbeitet. Monach. ap. Leutner. 1805. 8. II Tom. c. fig. (2 Thlr. 12 Gr.)

Tomus I. continet bellum Catilinarium et Ciceronis orationes in Catilinam; *Tomus II.* bellum Jugurthinum, epistolas duas et fragmenta. Majore fide orationisque concinnitate et elegantia praestat haec nova versio priori (a. 1790.).

Salutarior vero lux affulsit Sallustio *Jo. Christoph. Schlüteri* et *Carol. Lud. de Woltmanni* laboribus. Ille enim, qui jam a. 1794. (Monaster. ap. Platvoet. 8. 6 Gr.) ediderat *bellum Catilinarium* germanice versum, et a. 1795. (ib. ap. eund. 8 Gr.) *bellum Jugurthinum*, atque operam suam satis probaverat viris eruditis, novo operi iterum sese accinxit, atque versionem plane novam in lucem misit s. t.:

Sallusts Werke, lat. und deutsch, von Jo. Christoph Schlüter. (Prof. Monaster.) Monast. ap. Waldeck 1806 — 7. 8. II Tom. (1 Thlr. 12 Gr.), quam, sive fidem spectaveris, sive styli Sallustiani, quem imitari conatus est interpres, concinnitatem ac gravitatem, nulla superiorum dignitate ac praestantia aequiparet.

Eadem et forsan majore etiam laude celebranda est *Woltmanni* versio:

Catilina und Jugurtha von Crispus Sallustius, deutsch von Karl Ludw. von Woltmann. Pragae ap. Calve 1814. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Summa cura et arte Sallustianum scribendi genus, singularem ejus in dicendo brevitatem, sententiarumque gravitatem in versione assecutus est interpres, ita ut nonnullis certe in locis lectoribus priscus ipse Sallustius e mortuis resurrexisse videatur. Verum cum vix fieri possit, quin tam arcta nostrae linguae ad latinam applicatione, illius genius vario modo laedatur, mirandum sane non est, vel in hac praeclara versione deprehendi insolitas quasdam verborum juncturas loquendique formulas, quin nova plane minusque perspicua vocabula, quae quidem omnia duritiem quandam sermonis in locis nonnullis procreant. Fatendum vero est, hac culpa hanc Sallustii versionem multo minus esse notandam, quam *Woltmanni* versionem operum Taciti, infra memorandam.

In linguam *gallicam* Sallustii *bellum Catilinarium* vertit *de Gerstlacher* c. textu lat. Paris. 1812. 8. Num versio belli *Jugurthini*, quam promisit interpres, subsecuta sit, nescio.

De opere, quod contexuit *de Brosses*, doctus Gallus, (*Histoire de la Republique Romaine* etc.) pluribus jam egit b. *Harlesius* Suppl. Vol. I. p. 304. Notandum hic est, versionem hujus operis germanicam, quam cum

notis edidit *Jo. Christoph. Schlüter* (cfr. Anal. p. 505.), quinque tomis esse absolutam. Osnabr. 1799—1803. 8. (6 Thlr. 6 Gr.)

Ad §. 7.

TITUS LIVIUS.

Ad pag. 198. lin. 11.

Jo. Matth. Gesneri editio repetita est Lips. 1743. 8. III Vol.

Ad eand. pag. lin. 22.

Creveriana editio scholarum usui apta repetita est Oxoniae 1813. 8. VI Tom. s. t.: *T. Livii Patavini Historiarum ab urbe condita libri qui supersunt XXXV., recensuit et notis ad usum scholarum accommodatis illustravit J. B. L. Crevier.*

Ad pag. 199. lin. 20.

Editio *Aug. Guil. Ernesti* tertium emendatior prodiit Lips. in librar. Weidmanni. 1801. 8. IV. tom. (4 Thlr.) Quarto tomo additus est copiosus rerum memorabilium index. Cui novae editioni cum immortuus esset auctor, idque prius etiam, quam *Glossarium Livianum*, diu desideratum, absolvisset, cl. *God. Henr. Schäfer* negotium subiit, e schedis beati viri Glossarium illud concinnandi, ita tamen, ut multa vel emendaret, vel adderet. *Tomum* igitur *quintum* editionis Ernestianae implet hoc *Glossarium Livianum*, sed sub hoc quoque titulo venalis est:

Glossarium Livianum s. Index latinitatis exquisitioris. Ex schedis A. G. Ernesti emendavit plurimisque accessionibus locupletavit Godofr. Henr. Schäfer. Lips. in librar. Weidmann. 1804. 8. (2 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 199. lin. 22.

Fr. Andr. Strothii editionem, cujus tria prodierunt volumina (1780. 83. 84., quae libros XV. priores complectuntur), suis observationibus auctam, repetitam atque continuatam esse a *Frid. Guil. Doering*, jam annotavit b. *Harlesius* Suppl. vol. I. p. 514. Haec est editionis epigraphe:

T. Livii Patavini Opera omnia. Animadversionibus illustravit Fr. Andr. Stroth. Recensuit et suas observationes adspersit Frid. Guil. Doering. Accedit index historicus. Gothae ap. Ettinger. 8. *Tom. I. II.* 1796. (2 Thlr. 20 Gr.) *Tom. III.* 1801. (1 Thlr. 10 Gr.) *Tom. IV.* (inde a quo inscriptio est: *T. Livii Op. omn. recensuit et observ. instruxit F. Gu. Doering*) 1806. (1 Thlr. 10 Gr.) *Tom. V.* 1808. (1 Thlr. 10 Gr.) *Tom. VI.* 1813. (1 Thlr. 10 Gr.). — *Duorum priorum* voluminum *editio altera* auctior et emendatior prodiit ibid. 1805. (2 Thlr. 20 Gr.). — *Tomi Imi* nova editio diligenter recognita, aucta et emendata prodiit ibid. 1816. 8. (2 Thlr.)

Basis quidem est recensio Drakenborgiana, compluribus tamen locis ab ea discessit editor, et textum vel aliter constituit, vel sua

illius corrigendi specimina proposuit. Verum cum plena textus tractatio critica ab editionis consilio esset aliena, id maxime egit cl. editor, ut verba, quantum fieri posset, explicatiora redderet, eaque omnia summoveret, quae juvenilem aetatem in legendo praepedire possent. Atque hac ratione iis potissimum adolescentulis, qui Livium suo Marte legere velint, non inutilis erit haec editio, quamquam non negandum est, permultos esse locos, in quibus explicandis dissentiendum ab editore esse videatur. Doctum sed admodum acrem censorem nacta est haec editio in Ephemerid. liter. Jenens. a. 1811. mense Januar. No. 19. sqq.

Titi Livii histor. libri ex recens. Drakenborgii, cum indice rerum, accedunt gentes et familiae Romanorum, auctore R. Streinnio; nec non Ernesti glossarium Livianum auctius nonnihil et in locis quam plurimis emendatum. Londin. 1800. 12. VI Vol.

T. Livii Patavini Histor. libri qui supersunt omnes. Editio nova emendatior. Hal. in librar. Orphan. 1802 sq. 8. III Tom. (3 Thlr. 16 Gr.)

Solus textus ad optimas editiones ab editore constitutus. Repetita est editio a. 1811. et denuo 1815.

Bipontina editio (v. Harles. Notit. p. 200. lin. 8.) repetita est 1806. maj. 8. XIII. Vol. (14 Thlr.)

T. Livii Patavini Historiarum libri, qui supersunt, cum deperditorum fragmentis et epitomis omnium, ad optimorum exemplarium fidem recogniti, atque prooemio, breviariis librorum, indice rerum locupletissimo, tabulis chronologicis historicisque, et commentario perpetuo seorsum edito, instructi a Georg. Alex. Ruperti (Rect. Stad.) Gotting. ap. Ruprecht 1807 — 8. Vol. VI. maj. 8. (text. 5 Thlr. 12 Gr. comment. 4 Thlr. 8 Gr.)

Pertinet haec editio ad collectionem *Scriptorum classicorum latinorum*, a *Rupertio* adornatam. In prooemio de aetate, vita et scriptis Livii, de historiae ejus indole, fontibus, virtutibus ac vitiis strictim et minus accurate disputatur; tum de codicibus et editionibus narratio est instituta. In textu recensendo maximam partem Drakenborgium secutus est editor. Singulis libris breviaria praefixa sunt, epitomae autem ad calcem adjunctae. In indice rerum satis copioso historica quoque et geographica illustrantur. Commentarius perpetuus, qui duobus posterioribus continetur voluminibus, parum satisfecit doctorum virorum desideriis. Atque sane infitiandum non est, manifesta in eo deprehendi festinationis et incuriae vestigia, quae eo minus sunt excusanda, quo apertius editor alto supercilio significavit, fere ut, quicunque hoc commentario uteretur, ceteris omnibus facile carere posset. Quod enim ad criticam ejus attinet partem,

variantium lectionum delectus minus curiose factus est: aliis in locis grandis illarum farrago apposita est, nulla addita majoris minorisve pretii earum significatione, in aliis magna pars earum lectionum, quarum dignitas nondum satis expensa est, desideratur. Quas editor ipse proposuit conjecturas, eae vix ferent acutorum criticorum plausum. Nimia omnino editoris conjectandi lubido displicuit merito viris eruditis. Nec vero exegetica commentarii pars majore celebranda est laude: vago et inconstanti consilio vel hic fluctuat editor, adeo ut vix intelligi possit, quales in concinnando hoc commentario ante oculos habuerit lectores. Neque enim tironum, neque provectiorum desideriis eo plane satisfactum potest videri, cum juxta tritissimarum rerum explicationes, obscurioribus locis quamplurimis nulla lux sit affusa. Praeterea nec vitiis typographicis quidem immunis est haec editio, externo ceteroquin habitu non indecoro ornata.

T. Livii Operum omnium Vol. I., ad fidem optimarum editionum, Strothii praecipue ac Doeringii, textum exhibuit, horum aliorumque animadversiones excerpsit suasque adjecit Dr. Erasm. Moeller. Hafniae in librar. Gyldendalia 1816. 8.

Ad pag. 199. lin. 29.

Fragmentum libri XCI. Historiarum Livii, ad Sertorii turbas pertinens, a b. *Paulo Jac.*

Bruns Romae in biblioth. Vatican. primum repertum atque editum, novis curis *Joannis Theoph. Kreyssig* (Lyc. tum temporis Annaemont. Conr., in praes. Prof. schol. ill. prov. Misen.) iterum prodiit s. t.:

T. Livii Historiarum libri XCI. Fragmentum, recensuit Jo. Theophil. Kreyssig. Chemnit. ap. Kretschmar. 1807. 8.

Beatus *Bruns* antigraphum, quod Romae confecerat, una cum editione Neapolitana cum editore communicaverat. Ex illo haec editio accurate expressa est, adjectis e regione supplementis et correctionibus *Brotieri*, et editoris conjecturis, quarum in fine ratio redditur. Novam vero plenioremque hujus fragmenti editionem in lucem emisit s. t.:

Adumbratio notitiae literariae de T. Livii Patavini Historiarum Libri XCI. Fragmento, Romae in biblioth. Vaticana reperto. Lips. ap. Barth. in comm. 1813. maj. 8. (6 Gr.)

Aliud etiam Livii fragmentum a se forte fortuna repertum evulgavit idem vir doctus in:

Diss. *de codicis membranacei, T. Livii Patavini Historiar. libros olim complexi, fragmento, Norimbergae in biblioth. Murriana reperto*, scripsit *Jo. Theoph. Kreyssig.* Lips. ap. Barth. 1812. 4. (8 Gr.)

Membrana involucro libri erat adhibita, atque vetustate valde mutilata. Exhibet Libri XXVII. cap. 15 et 16. Enimvero ne una quidem deprehenditur lectio, quae alicujus sit momenti; adeo ut vix operae pre-

tium fuisse videatur, hos librarii errores tanta cum cura et diligentia illustrasse.

Ad pag. 200. lin. 13.

Editio *altera* versionis *Wagnerianae* prodiit Lemgov. ap. Meyer. 1816. Vol. I. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Addenda est versio germanica *Godofr. Grosse*, cum observationibus et tabulis geographicis. Hal. ap. Gebauer. 1789 — 95. maj. 8. VII Tom. (11 Thlr. 8 Gr.), quae, si quidem fidem respexeris, sua laude non defraudanda est, at stylus est nimis contortus et calamistratus.

Majore laude celebranda videtur versio *J. P. Ostertagii*, cum animadversionibus. Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1790 — 98. 8. X. Tom. (10 Thlr. 20 Gr.), quamquam vel haec compluribus locis languet, verumque verborum non exprimit sensum.

In linguam *Danicam* Livium vertere coepit *Erasmus Moeller*. Hafn. 1801 sqq., quae versio fidei elegantisque orationis laude celebratur.

In linguam *Italicam* Livium transtulit *Luigi Mabil*. Bresciae 1815. 8. Tom. I — XXIX.

Ad pag. 201. lin. 25.

coll. Analect. p. 506.

Car. Lud. Baueri Liviana Excerpta tertium emendatius repetita sunt Lips. ap. Hahn. 1813. maj. 8. III Tom. (1 Thlr.)

Novae huic editioni nihil additum est. Ceterum utilis hic liber iis praecipue adole-

scentulis, qui Livium nondum primoribus labris degustarunt, sedulo est commendandus. Annotationes sunt partim exegeticae, partim criticae. In indice Livianae orationis virtutes et idiomata curiose illustrantur.

Chrestomathiam Livianam edidit quoque *Martin. Frid. Soergel* s. t. *Livius excerptus a M. F. Soergel.* Lemgov. ap. Meyer. 1782 et iterum 1784. 8. II Tom. (1 Thlr.)

Novam ejusmodi Chrestomathiam Livianam edidit *C. Ph. Kayser* s. t. *Interessante Erzählungen aus den Römischen Annalen des Titus Livius.* Erlang. 1805. 8. (1 Thlr. 14 Gr.)

Ad pag. 203. lin. 20.

Animadversiones quasdam criticas in T. Livii priores V. libros, et alia loca scripsit *Fr. Henr. Bothe.* Cfr. *Chr. Dan. Beckii* Comment. Societ. philol. Lips. III. 1.

Dr. Fried. Christ. Matthiae (Prof. et Rect. Gymn. Francof. ad Moen.) *Bemerkungen zu den Livianisch-Polybischen Beschreibungen der Schlacht bei Cannae, und der Belagerung von Syrakus.* Francof. ad Moen. 1807. 4.

Quae in Livii et Polybii descriptionibus illius pugnae male sibi congruerent, ea critica ratione optime explicuit editor. Complures praeterea locos Livii corruptos conjecturis egregiis sanavit.

Lectu digna est commentatio: *Explicatio quorundam locorum T. Livii* scrips. *Frid.*

Guil. Ehrenfr. Rostius (Rect. schol. Thom. Lips.) Lips. impr. ap. Klaubarth. 1810. 4.

Observationes in auctores Romanorum classicos Spec. I. auct. *Jo. Theoph. Kreyssig.* Schneeberg. typ. Schillian. 1810. 8.

Praemissae sunt eruditae hae observationes, in quibus varia *T. Livii* loca subobscura atque vexata critice tractantur et explicantur, programmati, quo ad examen in Lyceo Annaemontano celebrandum invitat doctus editor.

Emendationes Livianas scripsit *Dr. Georg. Lud. Walch* (Gymn. Berol. Colon. Prof.) Berol. ap. Nauck. 1815. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Novae editionis T. Livii specimen sunt praeclarae hae emendationes, critici ingenii et sagacitatis pariter ac solidae eruditionis testes.

Chr. Theoph. Wernsdorf de Livii aliquot Codd. Helmstad. in Novis Actis Societ. lat. Jenens. edid. *H. C. A. Eichstaedt.* Lips. 1806. 8. No. VI.

I. H. L. Meierotto de Testimoniorum T. Livii Pat. fide. Berol. ap. Nauck. 1797. fol. (12 Gr.)

Idem de T. Livii arte narrandi. ib. ap. eund. 1798. fol. (10 Gr.)

Chr. Kruse de fide T. Livii recte aestimanda. Sect. I. II. Lips. ap. Schoenemann. 1812. 4 maj. (12 Gr.)

D. H. Hegewisch über den politischen *Character des Livius*, in ejus *Neue Sammlung kleiner histor. und literär. Schriften.* Alton. 1809. 8. No. IV.

Ad §. 8.

M. Vitruvius Pollio.

Ad pag. 207. lin. 8.

Ad editionem *Rodianam* (Berol. ap. Mylium 1800. 4 maj. [3 Thlr. 16 Gr.]), in Analect. p. 507. ab *Harlesio* notatam, pertinent:

Kupfer zu Vitruvs X Bücher von der Baukunst, mehrentheils nach antiken Denkmälern gezeichnet, mit kurzen latein. und teutsch. Erklärungen von Aug. Rode. Berol. 1801. fol. maj. (6 Thlr.)

M. Vitruvii Pollionis de architectura libri X., ad optimas editiones collati. Praemittitur notitia literaria, studiis societatis Bipontinae. Accedit anonymi Scriptoris veteris architecturae compendium, cum Indicibus. Argentor. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Nova et salutaris lux affulsit Vitruvio praeclara cl. *Schneideri* editione:

M. Vitruvii Pollionis de architectura libri X. Ex fide librorum scriptorum recensuit, emendavit, suisque et virorum doctorum annotationibus illustravit Jo. Gottlob Schneider. Lips. ap. Goeschen. 1807—8. maj. 8. IV. Vol. (7 Thlr. 12 Gr.)

Primo volumine continetur textus, tribus posterioribus annotationes et indices. In prolegg. de auctore, de ejus opere, de editionibus aliisque scriptis huc pertinentibus, curiose disputatur. Id potissimum egit cl. editor, ut textum ab interpolationibus superiorum editorum, inprimis Iocundi corruptionibus, sedulo purgaret. Veteribus etiam aliquot editionibus atque duobus codd. usus est, alterum e bibliotheca Guelpherbytana, alterum e bibliotheca Rhedingeriana Vratislav. nactus. Enimvero cum omnes, quotquot adhuc extant, codices Vitruvii manifesto ex uno, qui periit, manarint, parum bonae frugis ex eorum collatione redundare potest. Multo igitur magis in emendando textu suo acumine critico et solida doctrina adjutus est cl. editor. Nam cum omni carere dubitatione videatur, Vitruvium in concinnando opere suo Graecorum vestigia esse persecutum, doctissimus editor obscurioribus in locis textum sibi plane graecum finxit, quo facilius e graecis, quae forsan Vitruvius transtulit, verbis veram divinare posset lectionem. Praeterea Aristotelem aliosque auctores veteres graecos diligenter contulit, neque recentiores neglexit versiones, ita ut praeclara hac editione Vitruvio optime satisfactum videatur.

Ad pag. 208. sect. 6.

J. Fr. v. Rösch Erläuterungen zu Vitruvs Baukunst, nebst einem Beytrag zur bibli-

schen Geographie. Stuttg. ap. Loefflund. 1802. maj. 8. (16 Gr.)

H. C. Genelli exeget. Briefe über des M. Vitruvius Pollio Baukunst. Brunsv. ap. Vieweg. 1802. 4 maj. *Partic. I.* c. XXI. fig. aeri incisis (2 Thlr. 16 Gr.). *Partic. II.* 1804. c. XXII. fig. Berol. in libr. schol. real. (2 Thlr. 20 Gr.)

CAPUT IV.

DE POETIS HUJUS AETATIS.

Ad §. 1.

CAJUS VALERIUS CATULLUS.

Ad pag. 218. lin. 18.

Emendate atque ex Vulpiana potissimum recensione textus typis exscriptus est in editione: *Catullus, Tibullus, Propertius cum Galli fragmentis et Pervigilio Veneris.* Vindob. ap. Degen 1803. 8. (18 Gr.)

Catullus, Tibullus, Propertius. Roterod. (Lips. in Breitkopf. commissis) 1805. 16. (16 Gr.)

Catullus, Tibullus, Propertius, cum Galli fragmentis et Pervigilio Veneris. Editio nova, in usum scholarum diligenter expressa. Hal. in librar. Orphan. 1810. 8. (8 Gr.)

Nitida et correcta est editio: *Catullus, Tibullus, Propertius, ad optimos libros accurate editi.* Lips. ap. Tauchnitz. 1812. 16. (12 Gr.)

Ad pag. 220. lin. 9.

C. Valerii Catulli carmina minora cura Theoph. Sam. Forbiger. Lips. ap. Breitkopf. 1794. min. 8. (10 Gr.) Editio nitida cum observationibus.

Ad eand. pag. lin. 28.

Addenda est instar omnium suavis *Ramleri* versio: *C. Valer. Katullus in einem Auszuge, lat. und deutsch; von Karl Wilh. Ramler.* Lips. ap. Kummer. 1795. 8. (1 Thlr. 14 Gr.). Editio *altera* Halberstad. ap. Gross. 1802. 8. (1 Thlr.) editio *tertia* ibid. 1810. 8. (20 Gr.). Continet haec versio LXXVII. carmina Catulli, ita ut nullum carmen insignius omissum sit.

Sammlung auserlesener kleinerer Gedichte des Catull, metrisch übersetzt von einem preuss. Officier. Cöth. 1790. 8.

Duodecim Catulli carmina metrice vertit *Jo. Adolph. Nasser* in suis: *Lyrisch. Gedichten.* Kilon. 1795. 8.

Plura carmina versa sunt in: *Blumenlese aus den alten lat. Dichtern, in Uebersetzungen und Nachahmungen deutscher Dichter.* Lips. 1797. 8., et novo addito tituli folio: *Kleine poet. Blumenlese aus Horaz, Catull, Tibull u. a.* Bamberg. 1799. 8.

Der Attis des Catullus, im Sylbenmaafse des Originals von Chr. Wilh. Ahlwardt. Oldenburg. ap. Stalling. (Hamb. in Perthes. commiss.) 1808. min. 4. (6 Gr.)

Nimis religiosum interpretis studium suos versus metro Catulliano applicandi aliquot sermonis creavit duritias, quas vix ferat nostrae linguae ingenium. Textum latinum aliter, quam in vulgaribus legitur editionibus, constituit, variisque locis egregie cor-

rexit. Emendationum rationem reddidit in adjunctis observationibus criticis, futuro hujus poetae editori sane non negligendis.

Des Kajus Valerius Katullus Brautlied auf die Vermählung des Julius Torquatus und der Julia Aurunculeja. Lat. und deutsch, mit Anmerk. von Dr. Joh. Phil. Krebs. Giess. 1813. 4. (20 Gr.)

In prolegg. agitur de epithalamiis veterum in genere, et de personis, quibus inscriptum est hoc epithalamium. Versio est suavissima, adeo ut multis in locis Ramlerianae videatur praeferenda. In notis verborum sensum et ea illustravit, quae ad antiquitatem pertinent.

Libro di C. Valerio Catullo Veronese tradotto in versi Italiani a rincontro del testo Latino da Luigi Subleyras nell' anno 1770. Seconda edizione, dai torchj di Mariano de' Romanis e figli a spese degli Eredi Raggi. Roma. 10 *Marzo.* 1812. 8.

Nitida et correcta editio, cujus basis maximam partem est textus Vulpianus. Versio fidei et elegantiae laude celebratur. Loca obscoena periphrasi celavit interpres.

Les Noces de Thétis et de Pelée. Poème de Catulle, traduit par Mr. P. L. Ginguené. Paris. 1812. 8.

Traduction complète des Poesies de Catulle, suivie des Poesies de Gallus et de la Veillée des fêtes de Venus, avec de notes grammaticales, critiques, literaires, historiques et mythologiques, les Parodies des Poëtes latins

modernes et les meilleures imitations des Poëtes François par Mr. Noel. Paris. 1803. 8. 2 Vol. (12 Francs.)

Versio est prosaica. Notae eruditae continentur volumine secundo. Lubricos locos moderavit in versione interpres.

Ad pag. 223. sect. 7.

Observationum criticarum in Catulli carmina Specimen scripsit *Ferd. Handius* (Prof. Vimar.). Lips. ap. Barth. 1809. maj. 8. (8 Gr.)

Editor doctissimus demonstrare conatus est, superiores hujus poetae editores nimis neglexisse ea, quae adhuc exstent, ad criticum usum adjumenta, licet codices, quos etiamnunc habeamus, fere omnes e seculo XV., et nonnisi apographa unius sint codicis, et ipsius forsan haud ita vetusti. Tum veteres recentioresque percensentur editiones, atque plerosque interpretes in commentariis suis exquisitioris magis doctrinae thesauros deposuisse, quam poetae ingenium et sensa percepisse demonstratur. In nova igitur, quam parat, editione, id potissimum aget cl. editor, ut textum, codicibus accuratius inspiciendis ceterisque auxiliis criticis curiosius adhibendis, ab interpolationibus sedulo purgatum, in verum pristinumque, quantum fieri poterit, statum restituat, poetamque ex diligenti graecorum potissimum, nec non superiorum latinorum poetarum collatione

illustret. Fragmentis etiam colligendis operam navabit. Speciminis loco varias proposuit emendationes praeclaras, quae desiderium excitant, ut mox editionem absolvere docto editori contingat.

De novo, quod fertur, Catulli fragmento, nuper e codice Herculanensi edito, cl. *Eichstadius* in programmate ita disputat, ut nemo non subtiliorem *ἐξαπάτην* facile sentiat. Programma inscribitur:

Inest Fragmentum Catulli ab I. Marchema nuper e MS. Herculanensi in lucem protractum, nunc collatum cum vetusto codice bibliothecae Jenensis, ex eoque viginti versibus auctum. Jenae 1807. fol.

Editor hujus fragmenti, Hispanus inter Gallos militans, illud tanquam supplementum ad Epithalamium Thetidos et Pelei post versum 366., uni plagulae in octonis impressum vulgavit s. t.: *Fragmentum Catulli ex Parcarum carmine fatidico in poemate de Thetidos ac Pelei nuptiis.* Hocce fragmentum hic typis repetendum curavit cl. *Eichstadius*, addita etiam praefatiuncula gallica. Insunt in illo complures loci, qui vulgaribus grammaticae artisque metricae legibus adversantur. Codex ille bibliothecae Jenensis vetustus, praeter Virgilii Georgica et quosdam Ciceronis libros, Epithalamium quoque Pelei et Thetidos complectitur, una cum supplemento illo a *Marchema* edito, et alio etiam, quod descripsit atque hic proposuit *Eich-*

usque vexatum turbatumque, quantum fieri posset, castigatum et emendatum constitueret. In profligando hoc negotio, praeter omnes fere editiones antiquiores et recentiores, undecim codicibus nondum collatis (quorum notitiam dedit in praef.) adjutus fuit editor. Correctionum causas exhibet adjunctus commentarius criticus. In locis innumeris textum a cl. editore tam praeclare esse emendatum, ut Tibullo optime satisfactum videatur, nemo est, quin fateatur; sunt tamen docti quidam viri, quibus editor paullo audacius nonnunquam et crebrius, quam aliqua cogeret necessitas, textum mutasse suasque saepe conjecturas, licet ingeniosas blandasque, veris et antiquis lectionibus praetulisse videtur. Hanc criticam editoris rationem prae ceteris sub examen vocavit cl. *Huschke* (Prof. Rostoch.) in:

Alb. Tibulli Elegiae tres, diversitatem lectionis Vossianae suasque animadversiones adjecit Im. G. Huschke. Rostoch. ap. Adler. 1814. 4. (18 Gr.)

Doctus editor anno ante jam primam ediderat elegiam; hic illam repetiit tertiamque et septimam adjecit. Lectiones Vossianae docte et acriter examinantur atque raro probantur. In animadversionibus poetae quoque verba et imagines collatis aliis, praesertim graecis, poetis bene illustrantur.

Levioris momenti est editio: *Alb. Tibulli carmina selecta, in usum scholarum suarum curavit J. Baden.* Hafn. 1801. 8. (4 Gr.)

Geist der Röm. Elegie, od. Samml. auserlesener Gedichte des Tibull und Properz, mit Einleit. versehen und zum Schulgebrauch herausgegeben von Ernst Carl Christ. Bach (Conr. Lyc. Ordruf.) Ordruf. (Erfurd. ap. Keyser in comm.) 1809. 8. (10 Gr.)

Carminum delectus cum judicio factus est; animadversionibus caret libellus.

Heynianam Tibulli editionem retractandam susceperat *Ern. Car. Frid. Wunderlich.* Sed cum operi immortuus esset, laborem inchoatum profligandum absolvendumque recepit cl. *Im. G. Huschke.* Uterque non suis solum hanc editionem auxit animadversionibus, sed b. quoque Heynii schedis usus est, adeo ut spes sit fore, ut praeclarae huic editioni, anno sequenti in lucem prodituraе, permultum bonae frugis inde accedat.

Ad pag. 226. sect. 6.

De versionibus earumque majore vel minore pretio quaedam addere lubet. Versio Germanica *Joann. Frid. Degenii* (Onold. 1781. 8.), quae pedestris est, nec omnia exhibet Tibulli carmina, nec elegantiae excellit laude. Ea inferior etiam est *Lipsiensis* (a. 1780. 8.), cujus auctor est *Sam. Henr. Catel.* Majorem laudem meretur *Tigurina* (a. 1783. maj. 8.), a *Car. Frid. Reinhardt* facta, metrica. Has omnes

vincit fide pariter ac suavitate versio metrica *Frid. Caroli de Strombeck*, c. textu latino et animadversionibus nonnullis. Gotting. ap. Dietrich. 1799. maj. 8. (12 Gr.)

Tibullus und Lygdamus, übersetzt und erklärt von Joh. Heinr. Voss. Tubing. ap. Cottam 1810. 8. (2 Rthlr. 4 Gr.)

Excellit haec versio iisdem virtutibus, quas inde usque in omnibus versionibus Vossianis admisati sunt meritisque laudibus extulerunt docti antiquarum literarum cultores, singulari videlicet fide et egregia versuum structura. Enimvero vel in hac versione non ubique suavissima poetae verba aeque suaviter esse reddita, nemo mirabitur, qui veteris alicujus poetae carmina tanto cum fidei studio in aliam transferre linguam, ipse jam sit expertus.

Novam Tibulli versionem germanicam in lucem misit *D. F. Koreff*, s. t.:

Die elegischen Dichter der Römer. übersetzt von u. s. w. 1. *Band: Tibull.* Etiam s. t.:

Tibulls Werke, der Sulpicia Elegien und einige elegische Fragmente andrer. Paris. ap. Schoell. 1810. 4 maj. (2 Thlr. 12 Gr.) Additus est textus lat.

Scriptis criticis ad Tibullum pertinentibus addimus:

H. C. A. Eichstadii Progr.: *Disputantur nonnulla de iis, quae novo Tibulli editori vel cavenda vel faciunda sint.* Jenae 1806. fol. (una plag.)

Primo praecipitur Tibulli editori, ut, quaenam carmina genuina sint, demonstret (spurias censet cl. auctor elegias Lygdami ad Neaeram et Panegyricum in Messalam; Cerinthi et Sulpiciae epistolae genuinae habentur); deinde ut singulas elegias secundum temporis, quo scriptae sint, ordinem constituat (elegiae libri I. a cl. editore sic locantur: I. II. X. III. V. VI. VII. IV. VIII. IX.); tum ut singulorum carminum argumentum sententiarumque nexum diligentissime illustret (praemonetur, ne quis in carminibus his sententiarum nexum quendam logicum inesse sibi persuadeat; displicent cl. editori cum Scaligeri transpositiones, tum crebrae illae lacunae, a b. *Heynio* tot locis significatae); denique ut neque in crisi, neque in interpretatione quid incerti sit et ambigui (hoc in tribus prioribus distichis elegiae primae magis explicatur).

Jo. Aug. Goerenz Progr. *Tentamen criticum in loca quaedam carminum Tibullianorum.* Zwickav. 1806. 4. (una plag.)

Varia loca Tibulli critice tractantur atque emendantur. Inprimis serio praemonuit editor, ne quis tot in Tibullo lacunas suspicetur, quot in eo deprehendisse sibi visus sit b. *Heynius*: „Tibullum enim, ut auctoris verbis utar), sic scribere, ut tenuissimo filo seriem orationis laxius consuat nexusque consequentiam lectoris potius acumini conjiciendam relinquat, quam ut medios illos ter-

minos, quos in schola vocant, claris verbis indicet. Hinc toties transitus illi improvisi et paullo abruptiores, qui si omnes lacunae nota signarentur, mera habituri essemus fragmenta, partim longiora, partim quae vel singulis distichis constarent."

Epistola critica in Tibullum, Pseudo-Tibullum et Propertium, ad virum perillustr. H. C. A. Eichstadium etc. auctore *Ern. Car. Christ. Bach* (Lyc. Ordruf. Conr.) Gothae ap. Ettinger. 1812. 8. (10 Gr.)

Praeter varias animadversiones in Tibullum doctas, commentationem criticam in Pseudo-Tibullum (h. e. Auctorem panegyrici in Messalam) communicavit editor, in qua hoc carmen Tibullo, tanquam ingenio ejus indignum, abjudicatur, Vossianae in primis opinionis (qui genuinum statuit) ratione habita.

Neue Kritik der class. Röm. Dichter, in Anmerk. zum Ovid, Virgil und Tibull, von Chr. Conr. Sprengel. Berol. ap. Gaedicke. 1815. maj. 8. (14 Gr.)

Specimen majoris operis futuri. Auctor evincere studet, textus veterum auctorum illorum interpolationem ab hominibus tum veri linguae ingenii ignaris, tum superstitiosis maximam partem esse profectam, simulque novas easque prorsus plerumque singulares proposuit lectiones, quarum perpaucae ingenium saltem probant; major vero earum pars exemplo esse potest, ad quas ineptias

deferantur ii, qui falsa opinione occoecati solidaque doctrina destituti auctores veteres sibi sumserint emendandos.

Commentatio ad Tibulli I. 9, 22. auct. I. G. H. in: *Literar. Analecten* etc. *herausgegeben von Fr. Aug. Wolf.* Berol. ap. Nauck. 1816. 8 maj. (1 Thlr.) fasc. I. No. VII.

Ad §. 3.

S. Aurelius Propertius.

Ad pag. 229. lin. 15.

In usum scholarum Propertii elegias edidit *J. Baden* s. t.:

S. Aurel. Propertii Elegiarum libri IV. in usum scholarum suarum ad textum Burmanni II. edidit J. Baden. Hafn. 1798. 8. (1 Thlr. 4 Gr.) — Num ea, quae Hafniae ap. Brummer 1804. 8. (1 Thlr.) prodiit editio, repetitio tantummodo illius prioris, an nova sit editio, equidem neseio.

S. Aurelii Propertii Carmina. Recensuit, illustravit Christian. Theoph. Kuinoel (Eloqu. et Poes. Prof. ord. in Acad. Giess.) Lips. ap. Fritsch. 1805. maj. 8. II Tom. (5 Thlr.)

Male explevit editor hac sua editione virorum doctorum exspectationes ac desideria. Textum quidem sic constituit, ut eum temere recipiendis falsis lectionibus suisque et aliorum conjecturis vanis plerumque et absentis misere potius interpolaret, quam emendaret vel corrigeret. Commentarius

qui ex editoris voluntate rerum verborumque difficultates omnes removeat, partim ex Burmanniano, quem Tomo posteriori integrum addidit, partim ex suis aliorumque notis, hinc illinc depromtis, consistit, atque et ipse tam parum satisfecit doctorum arbitrorum postulationibus, ut eorum de illo palam latis sententiis nostrum addere judicium, supervacuum videatur.

S. Aur. Propertii Carmina, emendavit ad codd. fidem et annotavit Car. Lachmannus. Lips. ap. Fleischer. jun. 1816. maj. 8. (2 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 229. sect. 6.

Scriptis illis, in quibus varia Propertii loca critice tractantur, addimus:

Chr. Theoph. Kuinoel Observationes in Propertium. Spec. I—III. Giess. 1801—2. 4.

Varia Propertii loca in his observationibus, quae velut promulsidem editionis paulo ante recensitae darent, critice et grammatice pertractantur.

Dr. C. L. Struve Observationum et emendationum in Propertium edendum Specimen. Alton. 1805. 8. (12 Gr.)

Specimen criticum in Callimachum et Propertium. Auctore *Ern. Adolph. Starcke.* Lips. 1810. 8.

Annexum est Θρῆνος, in obitum *Jo. Gottlob Reichelii* (schol. reg. Grimm. Prof.) dicto. Valde castigatur in Ephem. lit. Lips. a. 1810.

no. 78., ubi auctorem nil nisi aliorum scrinia compilasse demonstratur.

Animadversiones in quaedam Lucani et Propertii loca — scripsit *Ernest. Kästnerus, Vinariensis.* Jenae (Lips. in Köhler. comm.) 1812. maj. 8. (8 Gr.)

Sagax quidem ingenium criticum non produnt hae animadversiones; varia tamen Propertii loca in iis probabiliter tractantur.

Ern. Car. Chr. Bachii epistolam criticam in Tibullum, Pseudo-Tibullum et Propertium Gothae 1812. 8. supra jam ad Tibullum laudavimus.

Animadversiones in Propertium et Tacitum — scrips. *Jo. Theophil. Herbst.* Jenae typ. Schreiberi. 1815. maj. 8. (duae plag.)

Tres tantum pertractavit editor elegias, ea tamen ratione, ut acumen suum criticum satis probaverit.

In linguam *germanicam* omnia Propertii carmina metrice vertere atque cum textu latino et animadversionibus edere coepit *Frid. Car. de Strombeck* s. t.: *Die elegischen Gedichte des Properz, lat. und deutsch, mit erklärenden Anmerk.* Brunsv. et Lips. 1803. maj. 8. *Tom. I.* (14 Gr.) cont. librum I. elegiarum. Interrupta videtur libri continuatio. Antea jam ediderat: *Properz Kornelia, übersetzt von K. Fr. von Strombeck.* Guelpherb. 1801. 4 maj. (6 Gr.)

In linguam *gallicam* aliquot Propertii carmina metrice transtulit *Denne Baron:*

Quinze Elegies de Properce, suivies de Fragmens de David et d'autres poesies diverses. Paris. 1812, 16.

Ad §. 5.

P. VIRGILIUS MARO.

Ad pag. 247. lin. 4.

Tertia *Heynianae* editionis repetitio Lips. 1800. VI. Tom. maj. 8. annotata est ab *Harlesio* in Analect. p. 514. Enim vero tertiae illius splendidae editionis exempla in charta vulgari impressa nullisque figuris ornata, evulgata demum sunt Lips. ap. Fritsch. 1803. maj. 8. IV. Vol. (8 Thlr.), atque oblata hac occasione usus b. *Heynius*, nonnulla in hac novissima editione passim observata correxit, loca notabiliora denuo inspexit et retractavit, atque hic illic paucula quaedam addidit, ita ut haec editio, quam habitu externo nequaquam indecoro ornavit honestus ejus redemtor, habeat adeo aliquid verae atque internae praestantiae prae illa splendida figurisque ornata.

Minorem editionem *Heynianam*, in usum tironum, novis curis emendatam et auctam edidit *Ern. Car. Frid. Wunderlich* (Prof. quond. Gotting.) Lips. ap. Hahn. 1815. 8. *Vol. I.* (2 Thlr.). *Vol. II.* post ejus mortem addidit *Frid. Ern. Ruhkopf* (Gymn. Bielefeld. Direct.) ib. 1816.

Ad pag. 247. lin. 7.

Bipontina editio emendatior et auctior iterum prodiit Argentor. 1808. maj. 8. II Vol. (2 Thlr. 16 Gr.)

Scholarum in usum adornatae sunt editiones:

Virgilii Bucolica et Georgica, nach Heynens Ausgabe, mit erklär. Anmerkungen. Lips. in libr. Sommer. 1804. maj. 8. (14 Gr.)

Virgilii Bucolica, Georgica et Aeneis, in usum scholar. Amstel. ap. Buder. et Sülpke. 1810. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Virgilii Maronis Bucolica, Georgica et Aeneis. Edit. nova. Amstelod. (Lips. ap. Böhme) 1812. 12. (2 Fl. 15 Kr.)

P. Virgilii Maronis Opera. Edit. sexta. Hal. in libr. Orphan. 1816. 8. (7 Gr.)

Ad pag. 248. lin. 18.

E *versionibus* Virgilii nota illa *Aeneidos* prosaica (cujus auctor fuit *Lucas Vincent. Seehusen*, mercator Hamburg.), quae inscribitur: *Virgils Aeneas, deutsch, mit e. Versuch erläut. Anmerk. für junge Leute, vorzügl. aus Lipperts Dactyliothek*, et quartum prodiit Hamburg. 1794. 8. II Vol. (1 Thlr.), plane retractata et emendata est ab *J. F. J. Reichenbach.* Lips. in libr. Sommer. 1805. 8. II Vol. (1 Thlr.)

Metrice *Aeneiden* vertit *Joseph. Spitzenberger.* Monach. 1796. 8., quae versio valde vituperatur. Multo autem emendatiorem ejus editionem in lucem misit s. t.:

Virgils Aeneis, deutsch und lat., herausgeg. von Joseph Spitzenberger. Zweite ganz verbess. Aufl. Straubing. ap. Heigl. 1809—

1810. maj. 8. III. Vol. (1 Thlr. 12 Gr.), quae quidem multum praestat priori, versuum tamen structuram, neglectumque saepius sermonem poeticum notarunt viri docti.

Omnia Virgilii carmina, cum iis quoque, quae Virgilio plerumque tribui ejusque editionibus adjungi solent, *Culice* scilicet, *Moreto* et *Copa*, metrice egregie vertit cl. *Jo. Henr. Voss*, sine notis quidem, argumentis tamen singulorum carminum praefixis. Haec est versionis inscriptio:

Des Publius Virgilius Maro Werke von Jo. Heinr. Voss. Brunsv. ap. Vieweg. 1799. 8. III Vol. (4 Thlr. 12 Gr.)

Antea jam ediderat idem vir doctissimus Virgilii *Bucolica* cum textu latino et versione germanica metrica e regione locata, atque copioso eruditoque commentario critico et exegetico, germanice scripto. Alton. ap. Hammerich. 1797. maj. 8. II Vol. (2 Thlr.) Etiam s. t.:

Virgils ländliche Gedichte etc. 1. *u.* 2. *Band.*

Pari modo edidit Georgica, Alton. ap. eund. 1800. maj. 8. II Vol. (4 Thlr.) Etiam sub tit.:

Virgils ländl. Gedichte etc. 3. *u.* 4. *Band.*

Virgilii Opera oratione pedestri versa sunt (a *J. Ph. Krebs* aliisque) Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1804 sq. 8. II Tom.

Virgilii *Georgica* bene quoque metrice vertit et illustravit *J. C. F. Manso*. Jenae 1783. 8.

Denuo *Georgicorum* libros metrice vertit notisque explicuit *C. G. Bock* Regiom. 1805.

maj. 8. (1 Thlr.), quae nova versio non tam displicuit viris doctis quam prior a. 1790.

Virgils Aeneis, im Versmaasse der Urschrift neu verdeutscht von C. L. Neuffer. Nordae ap. Stahl (Francof. ad M. ap. Boselli.) 1816. maj. 8. *Tom. I.* Lib. I — VI. (2 Thlr. 6 Gr.).

Inter *gallicas* versiones celeberrima est *Jac. Delilii* versio Aeneidos:

L' Eneide de Virgile, trad. en vers français avec des remarques sur les principales beautés du texte par Jacqu. Delille. Paris, ap. Giguet, Michaud aliosque. 1804. 12. IV. Vol. aliisque formis majoribus.

Nobis Germanis, qui Vossianae in vertendo fidei et gravitati adsueti sumus, vix placere potest versio, quae singulos fere Aeneidos libros trecentis, imo quingentis nonnunquam versibus auget, singulosque versus simili exitu claudit, quo non aliter fieri potuit, quin gravissimi maximeque egregii versus poetae in versione persaepe languescerent. In annotationibus Virgilium contra eos, qui laudibus ejus obtrectare conati sunt, defendere ejusque ingenium et artificium declarare studuit.

Delilii annotationes in Aeneiden e gallica in germanicam linguam vertit *Mich. Engel.* Francof. ad Moen. in libr. Andreae 1806. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Propter felicem complurium descriptionum imaginumque poeticarum imitationem laudatur

atque adeo Delilianae versioni praefertur versio *Gastonis*, cum animadversionibus eruditis s. t.:

L' Eneide de Virgile, trad. en vers par Mr. Hyacinthe Gaston. 1. *Livraison, contenant les IV. premiers livres, avec des notes et un discours préliminaire.* Paris. ap. Lenormant. 1803. 8. Num reliqui prodierint libri, nescio.

Librum *quartum* Aeneidos in linguam gallicam probabiliter vertit nescio quis Paris. ap. Colnet 1805. 8.

Librum *sextum* perstrinxit potius quam vertit alius anonymus L. D. Paris. ap. Laurens. 1803. 8.

Episodon celebratam *de Niso et Euryale* ex Aeneidos libro *nono* male transtulit *P. F. Lavau.* Versaill. ap. Jacob. 1804. 8.

Libros *Georgicorum* gallice vertit notisque illustravit *Cournand: Les Géorgiques de Virgile, trad. en vers franç., avec le texte à côté, accomp. de notes relatives à l'Agriculture, à l'Astronomie, à la Géographie, à l'Histoire, à la Mythologie et à la Poesie.* Paris. ap. Bernard. 1804. 8.

Delilii versionem compilasse dicitur, hujus praestantiam minime assecutus.

Les Oeuvres de Virgile en Latin et en Français. Nouv. edit. Paris. ap. Volland. 1805. 12. IV Vol.

Interpres est abbas *St. Remi.* In hac nova editione versio plane reficta est a Professoribus acad. Parisiensis.

Inprimis celebratur versio operum Virgilii pedestris a *R. Binet* (Rect. quond. acad. Paris.) facta: *Oeuvres de Virgile. Traduct. nouv.* Paris. ap. Lenormant 1804. 12. IV. Vol.

In linguam *Danicam* Aeneida transtulit, et cum textu latino notisque ad usum illiteratorum hominum accommodatis edidit *N. L. Nissen.* Hafn. 1796—99. 8. Pedestris est versio. *Georgica* itidem pedestri oratione conversa prodierunt ib. 1797. 8. Novissima Aeneidos versio Danica edita est ab *J. H. Schoenheyder.* Hafn. ap. Bonnier. 1812. 8. Tom. I. (1 Thlr. 20 Gr.)

Novissima versio *Anglica* est: *Virgil, translated by Dryden. With plates.* London. 1808. 12. (1 Thlr. 8 Gr.)

Polonica Aeneidos versio a *Fr. Dmochowski* facta, quae summis laudibus effertur a peritis hujus linguae arbitris, iterum prodiit Varsov. 1809. 8. Novam *Aeneidos* versionem polonicam edidit *Hiazynth Aegid Przybylski.* Cracov. 1812. 8. *Georgicorum* versio ab eodem facta prodiit ib. 1813. 8., quae praestare dicitur Aeneidos versioni. Nimis religiosum fide vertendi studium, quo saepius ad duritias compulsus esse fertur interpres, similesque versuum exitus displicuere viris doctis.

Georg. Liźelii specimen graecae Virgilii Aeneidos interpretationis, recudi curavit, atque Eugenii Bulgaris graecam horum ver-

suum versionem apposuit Dr. Godofr. Seebode. Hannover. ap. Hahn. 1814. 8. (2 Gr.)

Ad pag. 250. sect. 6.

Libris, in quibus varia Virgilii loca vel illustrantur, vel critice pertractantur, adjungimus:

P. Virgilii Maronis Georgica, inde ab Augusti tempore contra naturam interpolata, ducentis, quibus adhuc laborant, locis ex monachii Traghemensis exemplari sanitati restituere tentat editio haec problematica. Libri Imi Spec. — edidit *Jo. Andr. Dunker.* Heidelberg. ap. Mohr. 1806. 8. (4 Gr.)

Auctor sibi persuasit, omnes Virgilii libros prorsus esse interpolatos, idque sibi negotii sumsit, ut eos in verum pristinumque statum restitueret. Speciminis loco primum proposuit Georgicorum librum, a se plus quam quadringentis locis immutatum atque correctum. Usus quoque est, si quidem fabula vera, codice, nulla quidem, ut ipse ait, externa vetustatis nota commendabili. Suas ipsius correctiones interrogationis, aliorum exclamationis signo insignivit. Quodsi rem accuratius inspiciamus, novum quasi carmen verbis Virgilii compositum exhibuit editor. Emendationes autem utrum lepidi ac jocosi hominis lusus, an potius, id quod ipsarum ratio interdum suadere possit, insani deliramenta sint habendae, nonnunquam dubium est.

Neue Kritik der class. Röm. Dichter, in Anmerk. zum Ovid, Virgil und Tibull, von Chr. Conr. Sprengel. Berol. ap. Gaedicke 1815. maj. 8. (14 Gr.).

De hoc libro famoso jam diximus ad Tibullum.

Clavis Virgiliana sive Explicatio vocabulorum difficiliorum plerumque omnium, formularumque dicendi complurium, quae in Virgilii operibus occurrunt, auct. *Frid. Aug. Ludewig.* Berol. ap. Frölich. 1805. 8. *Pars I.* Bucol. et Georg. (18 Gr.) *Pars II.* 1806. Aeneis (1 Thlr. 4 Gr.).

Hic liber, qui acri jamjam censura palam est castigatus, difficiliora perinde ac faciliora verba loquendique formulas, secundum ordinem, non quidem alphabeticum, sed singulorum librorum et versuum, Minelliana cum jejunitate explicat. Scatet insuper vitiis typographicis.

Locorum quorundam Homero-Virgilianorum Specimen I. exposuit — M. Paul. Christ. Gottl. Andreae (in valle Tautenburg, prope Dornburg. paroecus) Jenae impr. ap. Etzdorf. 1804. 8. *Spec. II.* ib. impr. ap. Schreiber. 1814. 8.

Locos parallelos sub classes quasdam redegit auctor. In his duobus speciminibus proposuit varias rerum naturalium descriptiones sublimiores, adjunctis observationibus, quae eruditionem testantur.

Flora Virgiliana, eller försök att utreda de Växter, som anföras uti Virgilii Maronis Eclogae, Georgica och Aeneides, jämte Bihang om Romarnes Matväxter, af And. Jah. Retzius, Prof. Lund. ap. Lundblad 1809. 8.

Auctor complures plantas, quarum nomina in Virgilio aliisque scriptoribus antiquis obvia sunt, felicissima conjectura assecutus est, quo plura Virgilii loca salutari luce illustravit.

Ad pag. 254. lin. 5.

Moretum, quod Virgilio adscribitur, cum versione vernacula et animadversionibus paucis edidit Frid. Gotth. Klopfer. (Lyc. Zwickav. alumnus) Zwicc. 1806. 4.

Auctor hoc carmen propter sermonis puritatem totiusque compositionis simplicitatem et elegantiam pro fructu aureae aetatis habendum censet. In constituendis explicandisque variis textus locis difficilioribus felicis ingenii critici sanique plerumque judicii dedit documenta. Versio metrica eget lima.

Ad eand. pag. lin. 16.

Elegia ad M. Valerium Corvinum Messalam, edidit, commentatione de auctore, et observationibus criticis instruxit Georg. Phil. Eberh. Wagner (Ph. D. et AA. LL. M.) Lips. in Weigel. commissis 1816. maj. 8. (12 Gr.)

In commentatione docta de auctore elegiae, de Messala, cui inscripta est, de tem-

pore, quo composita sit, et de carminis consilio ac pretio acute intelligenterque disputatur. *Jo. Chr. Wernsdorfii* sententia, qui elegiam Virgilio tribuebat, eamque una cum Culice et Ciri pro Aeneidos quasi progymnasmate habendam censebat, subtiliter refutatur. Messala, in cujus honorem scriptum est carmen, ex editoris sententia, maxime sane probabili, is est, qui initio quidem eos, qui libertati faverent, sectaretur et fortissime contra Triumviros dimicaret, post Bruti vero Cassiique interitum imperium deprecatus Octaviano se dederet, in ejusque amicitiam sese insinuaret. Expeditio illa, ex qua tum temporis, cum elegia componeretur, Messala victor erat reversus, editori videtur esse bellum adversus Antonium, ex quo Octávianus A. U. 725. redierit, quamobrem hoc anno scriptam esse elegiam verisimile sit, circa quod ipsum tempus Virgilius Georgicorum libros absolvisset. Praeter laudes Messalae et bellicas et poeticas celebrandas nullum aliud statuit editor carminis consilium. Ceterum Virgilii sententiarum vim et sublimitatem verborumque copiam et ornatum desiderat in hoc carmine, auctorem vero plura ex Virgilio idque ex ejus Bucolicis, quae tum temporis sola demum publici facta essent juris, compilasse. Contextus carminis passim refictus est ab editore, ejusque emendandi specimina in annotationibus proposita sunt. Annotationes sunt admodum copiosae et non

ad crisin solam, sed et ad interpretationem sermonemque inprimis poeticum illustrandum spectant, auctorisque ingenium, solidam linguae latinae cognitionem sanumque judicium satis probant.

Notandum hîc est, b. *Heynium* in novissima adhuc Tibulli editione (Obss. p. 192 extr.) scripsisse: „*Nec elegiam ad Valerium Messalam, quae Virgilio perperam tribuitur, nisi inter Scholasticorum subsellia natam esse arbitror.*“ In novissima autem Virgilii editione Tom. IV. p. 189. „*Dubitavi aliquando*, inquit, *an omnino a vetere aliquo poeta hoc carmen profectum esset. Sed ad seriora tempora vix retrahi potest tantus orationis cultus. Nunc toto carmine diligentius excusso Augustei saeculi fetum agnoscere mihi videor etiam in toto ejus colore et habitu.*“ Nihilominus tamen mediocre tantummodo pretium carmini tribuit; v. ipsum l. c.

Ad §. 6.

Q. Horatius Flaccus.

Ad pag. 266. lin. ult.

Baxtero-Gesnero-Zeuniana editio, aliquot observatiunculis utilissimis ab homine docto aucta, repetita est Lips. ap. Fritsch. 1802. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.) et denuo Lips. ap. Hahn. 1815. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Ad pag. 269. lin. 1.

Editio *Chr. Dav. Jani* auctior et emendatior prodiit Lips. ap. Vogel. 1809. maj. 8. II Tom. (3 Thlr.)

Ad pag. 270. lin. antepen.

Sine notis *Horatii Opera* nitide typis exscripta sunt Paris. ap. Didot. 1800. 18. (10 Gr.), quae stereotypa est editio.

Paucis adjectis notulis prodiit Horatius Vindob. ap. Degen 1802. 8. (12 Gr.)

Parum placuit viris doctis *Jo. Henr. Martin. Ernesti* (Prof. Coburg.) labor: *Q. Horatii Flacci Opera, mit erklärenden Anmerk. für Studirende.* Berol. in librar. acad. 1800—1. II Vol. 8. (1 Thlr. 12 Gr.) *Idem* edidit *Clavem Horatianam, praemissis ad lectionem usumque poetae necessariis.* ibid. 1802—4. III Vol. 8. (3 Thlr. 12 Gr.)

Q. Horatii Flacci Opera, recensuit et illustravit Frid. Guil. Doering. Lips. ap. Fritsch. 1803. maj. 8. *Tom. I.* cont. Odar. libr. IV. et Epodos cum carmine saecul. (1 Thlr. 12 Gr.) *Editio altera* auctior Lips. ap. Hahn. 1815. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

In textu constituendo nullius editoris superioris plane inhaesit vestigiis, sed ipse lectiones diligenter examinavit, in iisque, quae ipsi optimae viderentur, recipiendis suum potissimum judicium secutus est, diligenti semper in notis reddita emendationum ratione. Paucis locis cl. editor suis ipsius conjecturis succurrendi periculum fecit. Commentarius, qui medium tenet inter verbosiorem prolixitatem nimiamque notarum contractionem, exemplo esse potest, quomodo veteres in primis poetae juventuti stu-

diosae explanari debeant. Nam praeterquam quod vix locum deprehendas, quo impediti haerere possint tirones, id quoque cumprimis egit cl. editor, ut adolescentuli literarum studiosi simul ad perspiciendum poetae ingenium sentiendasque carminis virtutes adducantur. Praeter vitam Horatii, a Suetonio conscriptam, notis illustratam, praemisit brevem de metris Horatii lyricis tractatum, a *Sparrio* conscriptum et cum editore communicatum. Laetandum est, praeclaram hanc editionem, cujus continuatio justo jam diutius desideratur, venustiore etiam externo habitu oblectare lectorum oculos.

Cum scholiis *J. Bondii* opera Horatii edidit *Nic. Lud. Achaintre.* Paris. 1806. 8.

Mira ac velut monstrosa est editio:

Q. Horatii Flacci Opera, qualia restituit, suisque ipsius sumtibus, adjuncta textus, in carminibus quidem Mitscherlichiani, in Sermonibus vero atque Epistolis Bentlejani, diversitate, typis exscribenda curavit Jo. Christ. Godofr. Praedicow (AA. LL. M.) Vitebergae ap. auctor. 1806. maj. 8.

Textum nongentis tredecim locis mutavit, ita ut novus plane enatus sit Horatius, nullis autem additis mutationum causis et rationibus. In Carminibus lyricis lectiones vulgatas ex Mitscherlichii, in Sermonibus et Epistolis ex Bentleji editione notavit. Odas in duos distribuit fasciculos, quorum priori carmen primum ad Maecenatem prologi

nomine est praefixum. Libri primi Odam XIV. cum XV., XVI. cum XVII., XXXIV. cum XXXV. conjunxit, diversitatem metri nil curans. In libro secundo ex Od. 3, 25. 2, 19. 3, 1—6. unam fecit eamque inscripsit: Ad pueros et virgines. A libro tertio manum detinuit. Fasciculus posterior complectitur Odar. librum IV. cum Epodis et carmine saeculari in unum librum conjunctum, cui dedicationis loco praefixa est Oda I. ad Venerem. Conjunctum hoc in libro est carmen IV. cum XIV. et XV. In Epistolis libri secundi epistola XVII. cum sequenti ad Lollium in unam coëgit. Mira sane est colloquii in Sermonibus ab editore constituti ratio; quid? quod lyricis adeo carminibus compluribus dialogi formam accommodavit. Quod ad textus emendationes attinet, editor Bentlejum, quippe cui cum ingenio tum doctrina esset impar, audacia certe et emendationum numero (Bentlejum enim octingentis tantum locis textum mutasse constat) superare voluisse videtur. Innumeris in locis vocabula graeca in textum intrusit, ita ut bonus Horatius pannis graecis misere videatur consarcinatus. Ceterae emendationes ejus fere generis sunt, ut eorum lectorum, qui adhuc sani judicii sunt, vel stuporem vel indignationem moveant.

Commoda est editio: *Q. Horatii Flacci Opera, in usum schol.* Amstel. 1810. 8. (1 Thlr.), perpaucis notulis textui substratis.

Q. Horatii Flacci Opera ad MSS. Cdd.

Vaticanos, Chisianos, Angelicos, Barberinos, Gregorianos, Vallicellanos aliosque plurimis in locis emendavit notisque illustravit, praesertim in iis, quae Romanas antiquitates spectant, Carolus Fea, J. C. Bibl. Chisianae et Romanarum Antiqq. praefect. *Editio Romana, prima post principem.* Romae ap. Franc. Bourlié 1811. Prostant ap. haeredes Raggi Bibliopolas. Tomi II. 8. (Venalis est Lips. ap. Breitkopf. [3 Thlr.])

In hac nitida et correcta editione eo potissimum animum retulit editor, ut primum orthographiam secundum vetustiora monumenta, inscriptiones et numos emendaret atque constitueret; deinde textus verba, prout exigeret eorum sensus, rectius interpungeret; tum e vulgatis lectionibus optimas quasque maximeque congruas seligeret, id quod cum sani judicii critici liberaliorisque sensus significatione fecit; porro e codicibus nondum collatis novas lectiones adjiceret, potioresque ex iis in textum reciperet; ea denique, quae a superioribus interpretibus ex antiquitatibus Romanis falso essent explicita, corrigeret atque illustraret. Novarum, quas e Codd. Mss. depromsit, lectionum sat grandis est copia, adeo ut futurus Operum Horatii editor vix carere possit hac editione. Dolendum vero est, nullam codicum collatorum datam esse notitiam.

Q. Horatii Flacci Opera. Ad optimorum

librorum fidem accurate edita. Lips. ap. Tauchnitz. 1812. 16. (10 Gr.)

Q. Horatii Flacci Opera, mit Einleit., Anmerk. und einem mythologisch-historischen und geographischem Wörterbuch, zum Schulgebrauch von Dr. Aug. Chr. Borheck. Lemgov. ap. Meyer. 1814—15. 8. Tomi I. Pars I et II. (2 Thlr. 8 Gr.) Cont. Odas.

Tironibus, quibus potissimum hac editione consultum ivit auctor, prodesse quodammodo poterit haec ejus opera.

Q. Horatii Flacci Carminum libri V. Ad fidem XVIII. Mss. Paris. recensuit, notis illustravit et gallica versione reddidit C. Vanderbourg. Lutet. Paris. ap. Fr. Schoell. 1812. maj. 8. III Tom.

Ex duodeviginti, quos contulit editor, codicibus mss., in bibliotheca tum temporis imperiali asservatis, quinque decimo seculo, duos undecimo assignat. Verumtamen mirandum est, ex tot codicibus mss., maximam partem nondum collatis, non majorem variantium lectionum numerum expromi potuisse, quam decem paginis communicavit editor. Quapropter editorem non satis accurate et diligenter hanc codicum collationem instituisse, viri quidam docti merito suspicati sunt. Earum praeterea lectionum, quae veri specie maxime blandiuntur, perpaucae admodum sunt, quae nondum fuerint notae. Ceterum praeter lectionis varietatem, quae latino sermone scripta est, omnina gal-

lice expressa sunt. Versio gallica, quamquam eam exemplo suo, quantum fieri potuit, applicare studuit interpres, tamen illud minime est assecuta. Annotationes, quae breves sunt, crisin non minus quam interpretationem spectant. Loca quaedam obscuriora brevibus excursibus illustrata sunt.

Horatius Satiren, erklärt von Lud. Fried. Heindorf. Vratisl. ap. Korn. 1815. maj. 8. (2 Thlr, 12 Gr.)

Singularia quaedam atque omnino multa praeclara suppeditat hic commentarius, adolescentibus praecipue literarum studiosis commendandus. Recentiores commentatores non adhibuit b. editor, ex veteribus autem potissimum Lambinum, Torrentium, Bentlejum. Additus est index eorum, quae in animadversionibus illustrata sunt.

Q. Horatii Flacci de arte poëtica ad Pisones epistola, cum continua exegesi, selectisque notis. Adjunct. est Aristotelis de poetica liber, graece, cum notis criticis, latin. cum notis exegeticis a L. Q. Sahl. Hafn. 1802. maj. 8. (20 Gr.)

Tironibus quandam utilitatem afferre poterit haec editio.

Ab arte critica non minus, quam ab interpretatione docta commendanda est editio: *Q. Horatii Flacci de Arte poetica liber, praemissa disp. de consilio, quod Horatius in condendo poëmate suo secutus sit, edidit, notisque criticis et exegeticis illustravit Car. Gott-*

Iob Schelle. Lips. ap. Martini. 1806. maj. 8. (21 Gr.)

Specimen editionis Artis poeticae Q. Horatii Flacci, versus XXIII. ejusdem epistolae varietate lectionis et perpetuo commentario instructos, aequo eruditorum examini subjecit Jo. Georg. Henr. Klindworth. Gotting. ap. Dietrich. 1816. 8. (4 Gr.)

Unum codicem ms. bibliothecae Gotting. et duorum Vindob. collationes contulit editor. Omnes codicis Gottingensis et alterius Vindobon. variantes lectiones in fine notavit. Annotationes exegeticae, textui substratae, admodum copiosae sunt. Has excipiunt animadversiones criticae, non minus copiosae, quae ingenium et eruditionem testantur.

Horazens poetische Kunst, für Gymnasiasten erläutert. Lips. 1805. 8. (4 Gr.)

Ad pag. 273. lin. 27.

Scriptis, quibus varia Horatii loca illustrantur, addi possunt:

Benj. Frid. Schmiederi progr., *in quo Horat. Carm. Lib. I. od. 1. 2. grammatice plerumque illustrantur.* Hal. 1801. 8.

Eadem carmina commentario, germanice scripto, *idem* jam explicuit in libro suo: *Anleitung zur feinern Latinität.* Hal. ap. Hemmerde 1797. 8. Tom. I. p. 125 — 138.

Commentatio in Horatii Lib. I. Ep. 6, 51. *qua enarrantur omnes fere hujus loci inter-*

pretationes, scripta et edita a Maurit. Aug. Fritzsche. Dresd. impr. ap. Gärtner. 1813. maj. 8.

Specimen laudabilis diligentiae, ab auctore, cum scholae ad S. Crucem Dresdensi valedoceret, propositum, cui prolusit *Chr. Henr. Paufler* (scholae Rect.). *J. M. Gesneri* sententiam amplectitur, qui *trans pondera* interpretatus est: *ultra aequilibrium corporis, cum periculo cadendi.*

Egregiam commentationem *De Satirae atque Epistolae Horatianae discrimine* scripsit *D. Carolus Morgenstern.* Lips. et Gedani 1801. 4. (20 Gr.), quae, cum non plus quam CL. exemplaria sint divulgata, rarioribus libris quodammodo annumerari potest.

Commentationum Gedanensium fasciculus I. Insunt: *Observationes criticae in obscuriores quosdam Horatii et Sophoclis locos. Auctore Nic. Godofr. Christ. Eckermann.* (Ph. D. AA. LL. M., Athen. Gedan. Rect., Graecarumque et Rom. lit. P. P. O.) Berol. ap. Maurer. 1813. 4. (9 Gr.)

Loci illustrati sunt e primo Odarum libro 1, 5; 2, 35; 3, 17 et 25; 6, 1; 7, 1—3; 7, 15; 14, 3; carm. 16; 26, 6. Doctrinam quidem et ingenium b. auctoris facile agnoveris; verum in conjecturis ejus et explicationibus nonnunquam inest duri aliquid et contorti.

Epistolam sextam libri primi illustravit *Jo. Chr. Briegleb* in *Epistola ad Societatem*

privatam Gottingens. studiis humanioribus addictam missa. Coburg. 1805. 8. (3 Gr.)

De Horatio, incredulo osore ad v. 188. *Epist. ad Pisones, disputavit Chr. Henr. Paufler.* Dresdae ap. Walther. 1812. 8. maj. (6 Gr.)

Auctor hunc locum, si quidem recte memineram, sic interpretatus est, ut Horatium dicere statuat, se plane non posse sibi persuadere *(incredulus)*, eas res, quas scilicet versibus antecedentibus nuncupaverit, a poeta in scenam recte posse produci, sed potius censere, artifici eas debere relinqui repraesentandas; *quodcunque* igitur *ipsi sic ostendatur*, tanquam scenae male congruum sibi displicere (*odi*). Quam quidem interpretationem et ego unice veram existimo.

Locum *Horatii Sat. I.* 4, 11. illustravit *Frid. Aug. Wolfius* in: *Literarischen Analecten* etc. Berol. ap. Nauck. 1816. maj. 8. Vol. I. No. VIII. (1 Thlr.)

Dissertatio philologico-critica de Horatii Epistola ad Pisones. Auct. *Jac. Henr. Van Reenen.* Amstel. 1806. 4.

Auctor, qui sententiam suam, praeside D. J. Lennep, defendit, ex rationibus chronologicis evincere studuit, epistolam illam non ad Lucium Calpurnium Pisonem ejusque filios, sed ad Cnejum Calpurnium Pisonem, qui A. U. 731. Consul suffectus erat, ejusque filios, Cnejum et Lucium, esse scriptam.

Censura novissimarum Observationum in Horatii Epistolam ad Pisones. Progr. I et II. auct. *Henr. Car. Abr. Eichstaedt.* Jenae 1810—11. fol.

Hieron. de Bosch curae secundae in Horatii Epistolam ad Pisones de arte poetica, e schedis b. auctoris nunc primum editae a H. C. A. Eichstaedt. Jenae 1812. fol.

Hieronymus de Bosch primum in dissertatione, volumini IV. editionis suae *Anthologiae graecae* p. 139—154. adjuncta, de consilio et ratione artis poeticae Horatianae disputaverat. Secundum ejus opinionem Horatius hanc epistolam non vere ad Pisones scripsit, sed per prosopopoeiam tantum rhetoricam eorum nomine usus est, eoque magis, cum illi clarissimam sane gentem cognatione attingerent, et ipse hac de causa miseros poetas majori cum aequitatis specie perstringere potuerit, quoniam scilicet Pisones carmina pangere minime sane fuissent ausi, si quidem ad ingenium his studiis fuissent impares. Hanc *Boschii* opinionem cl. *Eichstadius* (qui suam de Epistola ad Pisones sententiam jam declaravit in Ephemerid. lit. univers. a. 1802. Supplem. Tom. II. No. 3—11. et in animadvers. ad *Haberfeldii* Vorles. über den Horaz Vol. IV.) in progr. I. sub examen vocavit eamque infirmare studuit. In progr. II. disputatur de tempore, quo et ad quos epistola ad Pisones scripta sit.

In *curis secundis* demonstrare conatur b. *Boschius*, inscriptionem *artis poeticae, epistolae ad Pisones*, non ab Horatio esse profectam, sed potius falsa niti opinione; Horatium, si quidem non secundum rhetoricam solum apostrophen Pisones alloqui, sed cum ipsis rem agere eosque edocere voluisset, sane in principio non positurum fuisse comparationem illam ambiguam et odiosam; omnino Horatium minime artis poeticae praecepta dare, sed miselios duntaxat aevi sui poetas perstringere voluisse; neque tamen statuendum, omnia, quae data sint praecepta, omnesque sententias et regulas esse ironice accipiendas. — Quamquam vero negandum non est, hanc *Boschii* sententiam argumentis valde speciosis atque blandientibus esse exornatam, tamen vix quisquam, qui ea, quae cl. *Eichstadius* contra disputavit, recte perpenderit, temere illam arripiet.

Joh. Andr. Dunker Proben, wie die Werke des Q. Horatius Flaccus wiederhergestellt, oder besser, als es bisjetzt geschehen ist, ergänzt werden können, ihrer Erbaulichkeit wegen ins Deutsche übersetzt. Regiom. ap. Nicolovium in comm. 1811. 4 maj. (3 Gr.)

Famosa auctoris ratio veteres scriptores classicos emendandi satis superque nota est; exemplum ejus vidimus in Virgilii libris Georgicorum, quapropter lectores ad locum illum ablegamus.

Notandus laudeque dignus necdum absolu-

tus est *Dr. Chr. Henr. Schmidii* (Prof. Giess.) *Kommentar über Horazens Oden* (libr. I.). Lips. ap. Crusium 1789. maj. 8. Tom. I. (1 Thlr. 12 Gr.)

Pauli Frid. Achat. Nitschii Vorlesungen über den Horaz, continuatae a Jo. Frid. Haberfeldt (Praesule quond. Consistor. Isenac.) [cfr. Suppl. Vol. I. p. 431. et Analect. p. 525 sq.], *quarto* addito volumine (Lips. 1802. maj. 8. 2 Thlr. 20 Gr.) absolutae sunt. Insunt in hoc volumine, praeter librum II Epistolarum et Artem poeticam, Rich. van Ommeren Vorles. über den Horaz, aus dem Holländ. von Lud. Walch, et H. C. A. Eichstadii Appendix critica, quae memorabilia quaedam critica exhibet, e Marklandi et Wakefieldi scriptis excerpta.

Chr. Dav. Jani (Rect. quond. Gymn. Isleb.) erklärende Anmerkungen zu Horazens Satyren und Episteln. Aus dessen Vorlesungen. Lips. ap. Baumgärtner. 1795. maj. 8. Tom. II (1796.) et III. (1798.) continet Ejusdem Erklärende Anmerk. zu Horazens Oden und Epoden (2 Thlr. 2 Gr.).

Editor *Frid. Erasm. Vogel* nescio quis, qui gymnasium Islebiense, cum b. *Jani* illud moderaretur, per plures frequentaverat annos, e praelectionibus b. viri, calamo exceptis, hos commentarios concinnavit. Enimvero hae praelectiones, quas a b. Janio memoriter habitas esse verisimile est, editori vix dignae, quae imprimerentur, videri debuerant, praesertim cum inconcinnus saepe et abruptus

sermo manifesto testetur, eas ne accurate quidem et integre ab editore fuisse exceptas. In Odis quidem nihil fere nisi interpretationem germanicam eorum, quae in Janii editione carminum Horatii leguntur, suppeditavit editor; quin plus uno loco faciliori etiam negotio argumentum tantummodo carminum vertit, interpretationem autem latine scriptam ex Janii editione proposuit. In Epodis, utpote in quibus eum deficeret editio Janii, Lambini plerumque thesauros compilavit, ejusque commentarium saepenumero integrum descripsit.

Ejusdem fere atque pejoris adeo notae est *Suckii* labor:

Deutsche Erklärung über das erste Buch der Oden des Horaz, zum Gebrauch der Schuljugend, nach Koppescher Methode bearbeitet, mit histor., geograph., mythol. und philosoph. Anmerk. versehen von Dr. Suck. Lips. ap. Baumgärtner in comm. 1809. 8. (9 Gr.)

E vulgaribus tantum librorum catalogis mihi innotuit *J. Loreye Commentar über die Oden des Horaz, für Schulen.* Rastad. ap. Sprinzing. 1814. 8. (1 Thlr.)

Ph. Buttmann über das Geschichtliche und die Anspielungen im Horaz. Eine Abhandlung, vorgelesen in der Königl. Acad. der Wissenschaften zu Berlin. Inest collectioni Dissertationum quae in lucem edita est s. t.: *Abhandlungen der Königl. Academie der Wissenschaften zu Berlin, aus den Jahren 1804—*

1811. Berol. in librar. schol. real. 4 maj. (8 Thlr.)

Q. Horatii Flacci Paedagogica auct. *M. Jo. Dan. Schulze* (Rect. Lyc. Luccav.) Luben. 1807. 4.

Ea Horatii loca, quae ad liberorum educationem et institutionem spectant, collegit atque in ordinem quendam redegit auctor.

Ad pag. 274. lin. 4.

Iis libris, in quibus vita Horatii descripta est, addendus est liber utilissimus:

Horaz als Mensch und Bürger von Rom, dargestellt in 2 Vorlesungen von Rich. van Ommeren. Aus dem Holländ. von Lud. Walch. Lips. ap. Junium 1802. maj. 8. (20 Gr.)

Praeclara sunt, quae disputavit cl. *Fr. Jacobs* in *Nachträgen zu Sulzers Theorie der schönen Künste* art. *Horaz.*

Minus plene accurateque, argumentis tamen ex ipsius poetae operibus diligenter plerumque appositis, vitam Horatii enarravit *Georg. Frid. Seiz: Q. Horatius Flaccus, nach seinem Leben und Dichtungen.* Norimb. ap. Riegel 1815. 8. (8 Gr.)

Ueber eine Anklage des Q. Horatius Flaccus. Eine philologisch-moralische Untersuchung von P. F. Boost (Prof. Mogunt.) Francof. ad Moen. ap. Andreae 1807. 8. (20 Gr.)

Auctor Horatium crimine sordidae et abjectae adulationis, cujus denuo eum incusa-

verat b. *Seume* in libro: *Spaziergang nach Syrakus* *), liberare conatus est. Quod licet optime ei cesserit, tamen ab assentationis certe subtilioris crimine Horatium neutiquam posse liberari, ingenue confitetur, quin imo, cum Augusti apotheoseos mentem ipsius subiret recordatio, impium eum ipse nominavit assentatorem.

Ad pag. 274 sqq.

Horatii Epistolae a *Christoph. Mart. Wieland* germanice versae notisque illustratae, quartum emendatae et animadversionibus auctae prodierunt Lips. in libr. Weidmann. 1801. maj. 8. II Tom. (1 Thlr. 16 Gr.). *Satirarum* tertia editio auctior et emendatior prodiit Lips. in ead. libraria 1804. maj. 8. II Tom. (1 Thlr. 16 Gr.)

Epistolas Horatii cum *Wielandi* animadversionibus in linguam *Hungaricam* vertit *Joh. Kis.* Oedenb. 1811. 8. II Vol.

Horatii Operum versio germanica pedestris (ab *Utzio, Hirschio* et *Junckheimio* facta) plane retractata et emendata notisque aucta tertium prodiit Onoldi ap. Haueisen 1797. 8. II Tom. (1 Thlr. 20 Gr.)

*) Verba ejus hic apponere lubet: „*Horaz schmeckt mir, d. h. viele seiner Verse; denn der Mensch selbst mit seiner Kriecherey ist mir ziemlich zuwieder: da ist Juvenal ein ganz andrer Mann, neben dem der Octavianer wie ein Knabe steht.*“

Horatii *Odae*, a *Car. Henr. Joerdens* pedestri oratione versae, additis *Epodis* (etiam iis, quae lasciviorem poetae testantur animum), iterum prodierunt Gorlit. ap. Anton. 1815. 8. (16 Gr.)

Plane mutata denuoque elaborata est haec versio, fida nec inelegans.

Horazens lyrische Gedichte, in poetische Prose übersetzt, mit einer kurzen Vertheidigung ungebundener Uebersetzungen alter Dichterwerke, von Heinr. Kunhardt (Prof. Lyc. Lubec.) Lubec. ap. Bohn. 1802. 8. Tom. I. (12 Gr.)

Horazens Oden, erstes Buch, dem Versbaue der Ursprache nachgebildet von Franz von Günther. Landish. ap. Attenkofer. 1805. 8. (8 Gr.) 2. *Buch* 1805. (8 Gr.) 3. *Buch* 1807. (8 Gr.)

Hac versione num quid miserabilius possit cogitari, videtur dubitandum.

Des Q. Horazius Flakkus Werke, metrisch übersetzt und ausführlich erklärt von C. F. Preiss. (Prof. Gymn. Stettin.) Lips. in Compt. f. Literat. 1805 — 8. Tom. I — IV. maj. 8. (8 Thlr.)

Editor, qui, cujusmodi opus moliretur, jam antea in libello Stettini 1801. 8. (8 Gr.) edito significaverat, id sibi negotii sumsit, ut, quae inde ab omni tempore de Horatio interpretes tam veteres quam recentiores essent commentati, congereret atque in hac editione sua tanquam in promtuario deponeret. Opus

absolutum decem constabit grandibus voluminibus. Num tali consilio bene actum sit cum Horatio, non est, quod quaeramus. Optandum certe esset, ut editor majore cum cura et diligentia negotio, interpretum commentarios vertendi, perfunctus fuisset. Tomus I. exhibet introductionem in Horatii scripta, ex Janii et Mitscherlichii editionibus maximam partem concinnatam; reliqui tres tomi nondum duos quidem priores continent Odarum libros. Juxta versionem metricam, quae sua laude non plane defraudanda est, positus est contextus latinus, e vulgata recensione expressus.

Egregia est versio *Vossii* metrica, sine notis: *Horazens sämmtliche Werke, übersetzt von Joh. Heinr. Voss.* Heidelb. ap. Mohr. 1806. 8. II Tom. (3 Thlr.)

Libri I. Satiram I. et IX. et *Libri II. Sat. I. et VI.* metrice bene transtulit *Jo. Adolph. Nasser* in: *Satirische Anthologie, aus röm. Dichtern übersetzt.* Kilon. in libr. aul. 1810. 8. Vol. I. pag. 1—51.

Horazens erste Satire. Lateïnisch und deutsch, mit einigen Scholien, von Fried. Aug. Wolf. Berol. ap. Hitzig. 1813. 4. (10 Gr.)

Versioni metricae eleganti et, quantum fieri potuit, fidae textus substratus est critice constitutus. In scholiis partim correctionum criticarum ratio redditur, partim varia textus loca verbaque illustrantur; paucae observationes ad versionem spectant.

Des Q. Horatius Flaccus Sendschreiben an die Pisonen von der Dichtkunst, nochmals gedeutscht durch Fr. Erdm. Petri (Prof. Gymn. Fuld.) Edit. alt. emend. Fuldae ap. Roos. 1815. 4.

Vossianam versionem multis locis retinuit, in pluribus autem accuratiorem eam, molliorem genioque nostrae linguae accommodatiorem reddere conatus est. Annotatiunculae quaedam in usum illiteratorum hominum additae sunt.

Die Dichtkunst des Horaz. Neu übersetzt, vermehrt und ans Licht gestellt von einem Jünger des Handwerks. Schweinfurt, im Verlagsbüreau. 1802. 8. (12 Gr.)

In hoc libello Horatii poëma ludibrio habetur atque ludicro modo perstringitur. Argumentum maximam partem persecutus est auctor, complures locos haud infeliciter expressit, totum vero poëma mille amplius versibus hexametris germanicis auxit, ad structuram satis plerumque miseris.

Batteusii versionem *gallicam* iterum edidit *F. Peyrard* s. t.: *Poesies complettes d'Horace, tradu. par Batteux et F. Peyrard* (Biblioth. schol. Polytechn. Paris.) *avec le texte en regard.* Paris. ap. Louis. 1803. II Vol. 12.

Novus editor, praeterquam quod ubivis *tu* et *toi* pro *vous* poneret, nil mutavit; eos tamen locos obscoenos, quos Batteusius juventutis causa reciderat, quamquam caute tractatos, addidit.

Oeuvres d'Horace, traduites en vers par Pierre Daru. Nouv. édition corrigée. Paris. ap. Levrault et Schoell. 1804 – 5. 8. IV Vol.

Haec egregia versio ceteras omnes vincit elegantia, suavitate atque indole vere poetica. In Odis propter gallicae linguae ingenium non ubivis fieri sane potuit, ut interpres verborum magnificentia et sublimitate exemplum suum assequeretur; verum in Sermonibus et Epistolis tanta plerumque fide tantaque sermonis facilitate et naturali quadam elegantia poetae verba reddidit, ut Horatio plane satisfactum videatur. In notis eae tantummodo res, quae impedire possint lectores illiteratos, breviter illustrantur.

L'Art poétique d'Horace. Trad. nouv. en vers franç. par A. Dadaoust. Paris. ap. Nyon. 1803. 8. Parum laudatur.

Selecta quaedam *carmina* Horatii versibus gallicis reddidit *La Chabaussière* in suis *Oeuvres diverses.* Paris. 1801. 8.

Selectae Horatii Odae, Satirae ac Epistolae a variis poetis Polonicis in linguam *Polonicam* translatae sunt Vilnae 1807. 8. et valde celebrantur.

Ad §. 4.

P. Ovidius Naso.

Ad pag. 282. lin. 25.

P. Ovidii Nasonis Opera. Vindob. ap. Degen 1802. 8. III. Vol. (2 Thlr. 16 Gr.)

Bipontina Operum Ovidii editio auctior et emendatior prodiit Argentor. 1811. maj. 8. III. Vol. (6 Thlr.)

Nitida et correcta est editio: *P. Ovidii Nasonis Opera quae supersunt.* Lips. ap. Tauchnitz 1815. 12. Vol. I. (16 Gr.)

Ad pag. 283. lin. 23.

P. Ovidii Nasonis Heroides et A. Sabini Epistolae tres, tribus Ovidii Epistolis respondentes, ad optimas editiones collatae cura Franc. Xav. Schoenberger (Gymn. acad. Vindobon. Eloqu. et ling. graec. P. P. O.) Vindob. ap. Pichler. 1807. 8. (12 Gr.)

Nitida et emendate typis exscripta est editio.

P. Ovidii Nasonis Heroides et A. Sabini Epistolae e Burmanni maxime recensione editae cura Dav. Jac. van Lennep, qui et suas animadversiones subjecit. Amstel. ap. Petrum den Hengst et fil. (Gothae in Ettinger. commiss.) 1809. 12. (1 Thlr. 21 Gr.)

Editor (Prof. Lit. Rom. Athen. Amstel.) majori tantum futurae prolusisse vult videri hac editione, in qua adornanda se omnia, quae adhuc exstant, adjumenta adhibiturum, atque Leidensis quoque et Parisiensis bibliothecae thesauros quosdam, nondum hucusque inspectos, excussurum promisit. Maximi Planudis denique versionem, necdum typis impressam, communicabit. Enimvero et hac praevia editione optime meruit de his Ovidii

carminibus doctus editor; compluribus enim locis cum correctionibus suis, tum explicatione salutarem affudit lucem.

Epistolas Heroidum in linguam *germanicam* metrice vertit notisque illustravit *J. G. C. Schlüter*. Lips. ap. Schwickert 1795. maj. 8. (14 Gr.), quae versio, sicut omnes ejus versiones Ovidianae, valde culpatur.

Pedestri oratione has Heroidum epistolas vertit *Nic. God. Eichhoff*. Francof. ad M. ap. Herrmann. 1798. 8. (16 Gr.)

Ad pag. 283. lin. 29.

Amatoria (in quibus praeter libros Ovidii, amorem speciatim tractantes, etiam insunt Heroidum et A. Sabini epistolae) *e recensione P. Burmanni cum varietate lectionis praecipua* (codicis sc. Helmstadiensis), quae primum edita sunt (a *Chr. G. Wernsdorfio*) Helmstad. 1788. 8. II Tom., iterum recusa sunt ib. 1802. (1 Thlr. 8 Gr.)

In linguam germanicam Amatoria metrice transtulit notisque illustravit *J. G. C. Schlüter*. Lips. ap. Schwickert. 1796. maj. 8. (10 Gr.)

Erotische Gedichte des Ovid, metrisch übersetzt von Gerning. Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1815. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

Ex XLIX. elegiis amatoriis duodecim maxime venustas ac decoras selegit, ac fide eleganterque transtulit interpres. Ex Medica-

minibus quoque facies ea recidit, quae verecundos laedere possint lectores.

L'Art d'aimer d'Ovide, suivi d'un remède d'amour. Traduction nouvelle, avec des remarques mythologiques et litéraires par F. F. A. D. L. (de l'Acad. des Arts et de plusieurs Societ. liter.) Paris. ap. Ancelle 1803. 8.

Pedestris est versio, atque elegantiae laude celebratur.

Libri Amorum in linguam *Polonicam* conversi sunt a *P. Hulewicz*. Varsov. 1810. 12.

Ad pag. 285. lin. 27.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoses. Recensuit, varietate lectionis notisque instruxit Gottlieb Erdmann Gierig (Rect. quond. Tremon., postr. Prof. Lyc. Fuld.) *Editio altera, ad singulos prope versus vel emendatior vel auctior.* Lips. ap. Schwickert. 1804—6. maj. 8. II Tom. (5 Thlr.)

Auctor in retractanda sua Metamorphoseon editione tanta versatus est cura et diligentia, ac si novum ei opus esset condendum. Textum igitur, in quo constituendo Burmannum olim pressius fuerat secutus, nunc ipse recensuit ita, ut cauti ac sobrii critici munere probe perfunctus fuisse videatur. Variantes lectiones, quas minus plenas exhibebat editio prior, denuo excerpsit, idque majore cum delectu, additisque crebrius quam antea Manuscriptorum nominibus, criticarumque mutationum rationibus.

Propriis conjecturis usquequaque abstinuit editor. Commentarium perpetuum plane refictum, emendatum et insigniter auctum exhibet haec nova editio. Inprimis sensus verborum cum tanta ubique perspicuitate est explanatus, ut vix restet locus, in quo haerere possit inexercitata juventus. Nihilominus tamen ad acuendum quoque sensum pulchri interpretationem retulit editor, mythorumque explicationem majori quam antea cura tractavit, quamquam dissimulari nequit, hanc mythorum interpretationem non magis plerumque prospere cessisse b. editori, quam iis fere omnibus, qui veteres fabulas ex historia interpretandi periculum fecerint. Novae huic editioni praefixa est docta commentatio *de opere Metamorphoseon Ovidiano*, in qua de propria hujus operis indole, de Ovidii ingenio, virtutibus ac vitiis uberius disseritur, et Metamorphoseon series ex Guil. Canteri novis lectionibus, nunc paullo auctior. In fine additus est index copiosissimus. Ceterum praestans haec editio gratiorem sane meruisset faciem externam.

Nitida et correcta est editio: *P. Ovidii Nasonis Metamorphoses recensuit Franc. Xav. Schoenberger* (Prof. Gymn. acad. Vindobon.) Vindob. ap. Pichler. 1805. 8. II Tom. (1 Thlr. 8 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Metamorphoses, ad opt. editiones collatae, tironum institutioni accom-

modatae, studio et cura J. J. Bellermanni. Erford. ap. Keyser. 1806. 8. (10 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV. Mit Anmerk. zum Nutzen der Jugend herausgegeben von Alb. Christ, Meinecke. Mit einem Wortregister. Lemgov. ap. Meyer. 1807—8. II Tom. 8. (2 Thlr. 12 Gr.)

Textus est plerumque vulgatus, in notis Minellianis ea potissimum explicantur, quae impedire possint tirones. Vocabularium separatim quoque venale est. (8 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV. Ad fidem optimorum librorum. Berol. et Lips. ap. Nauck. 1814. 8. (14 Gr.)

Nitide quidem at minus emendate textus typis exscriptus est, alioquin ad optimas editiones criticas recentiores recensitus. In primis interpunctioni cura adhibita est. Contextum praecedit Metamorphoseon series compendiosa, e Guil. Canteri Lectionibus novis concinnata, atque conspectus librorum.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV. Edit. decima, diligenter expressa. Hal. in libr. Orphan. 1812. 8. (6 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV., ad optimas novissimasque editiones recusi. Manhem. ap. Loeffler. 1816. 8.

Metamorphoseon *Chrestomathias* sive locos ex illis delectos usuique juventutis accommodatos nonnulli docti viri edidere:

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Chrestomathia, in usum juventutis conscripta, edi-

dit A. Winding-Brorson. Hafn. 1802. 8. (14 Gr.) Idem liber venalis quoque prostat Francof. ad Moen. ap. Varrentrapp. 1807. 8. (10 Gr.)

Lateinische Chrestomathie, aus den Metamorphosen des Ovidius; für die mittlern Classen der Gymnasien, herausgegeben von Gottlieb Erdmann Gierig (Prof. quond. Lyc. Fuld) Lips. ap. Dyk. 1806. 8. (18 Gr.)

Fabularum sapientem eum delectum habuit editor, ut ab iis, quae et facilitate et suavitate juvenilibus maxime blandirentur animis, ad severiores intellectuque difficiliores progrederetur. Ut intelligentiam tam rerum quam verborum quodammodo juvaret, non solum argumenta singulis capitibus praefixit, sed etiam annotatiunculas adspersit, cum doctoribus tum discipulis profuturas. Artem vero criticam plane neglexit editor, quod eo magis dolendum est, quo opportunius sane videtur, in legendis poetis veteribus juvenilem aetatem simul hujus artis principiis imbuere.

Fabulae ex P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon libris XV., in usum adolescentium selectae et expurgatae, ceterum editae e recensione P. Burmanni cura M. Th. Ph. Chr. Kaiser. Curiae ap. Grau. 1808. 8. (12 Gr.)

Des P. Ovidius Naso Metamorphosen, für Schulen in e. Auszuge herausgegeben von G. K. F. Seidel (Prof. quond. hist. Gymn. Colon. Berol.) *zweite Aufl. durchgesehen und*

erweitert von J. H. Chr. Barby. Berol. ap. Nauck. 1814. 8. (10 Gr.)

Prior editio anni 1794 (cfr. Suppl. vol. I. p. 469.) valde displicuit criticis. Novus editor locorum delectum aliter meliusque constituit, ita ut ea potissimum proponeret capita, quae non solum a suavitate, sed etiam ab arte commendarentur. Annotationes plane rejecit, atque in indice nomina duntaxat propria illustravit, singulis tamen fabulis breviaria praefixit. In textu constituendo novam b. *Gierigii* recensionem plurimum secutus est, emendata passim orthographia et interpunctione.

Quod ad *versiones* hujus operis Ovidiani attinet, inter *germanicas* eminet praeclara *Vossiana* metrica, quae quidem non integrum exhibet Metamorphoseon opus, at potiores tamen et longe plurimas fabulas, s. t.: *Verwandlungen nach Publius Ovidius Naso von Joh. Heinr. Voss.* Berol. ap. Vieweg. 1798. maj. 8. II Tom. (2 Thlr. 16 Gr.)

Oratione pedestri factae sunt versiones *Augusti Rode.* Berol. 1792. maj. 8. II Tom. (2 Thlr. 12 Gr.), quae satis bona est, et *Heynemanni* Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1797. 8. (1 Thlr. 12 Gr.), quae Rodianae videtur praeferenda. Habet haec versio quoque titulum: *Ovids sämmtl. Werke* 1. *Band. die Verwandlungen.* Post *Heynemanni* obitum opus profligarunt *Nic. Godofr. Eichhoff*, qui Vol. II. *Heroidum epistolas* edidit ib. 1798.

(16 Gr.) et *Jo. Ph. Krebs*, qui *Fastorum* libros vertit Vol. III. 1798. (1 Thlr.). *Tristium* libros vertit *N. C. Eichhoff.* Vol. IV. 1803. (20 Gr.). Vol. V., quod continebit *Epistolas ex Ponto*, adhuc desideratur.

Lepidi ac jocosi libri adhuc mentionem injicere lubet: *Ovids Verwandlungen, travestirt von Benedict von Wagenmann. I. Band.* 1—3. *Buch.* Francof. et Lips. ap. Heinsium 1806. 8. (9 Gr.)

Inter *gallicas* Metamorphoseon versiones maxime celebratur versio metrica *de St. Ange: Les Métamorphoses d'Ovide en vers franç.* Paris. 1800. *Editio altera* emendata ib. 1803. 12.

Propter nervosam brevitatem laudatur: *Premier livre des Métamorphoses d'Ovide, trad. en vers franç. par Richerolle.* Paris. 1804. 12.

Métamorphoses d'Ovide. Trad. de Malfilâtre, auteur du Poème de Narcisse; nouv. édition, enrichie de 194 *fig. en taille-douce, et augmentée d'une table à chaque Volume, contenant l'explication des gravures qu'il renferme.* Paris. ap. Crapart. 1803. 8. III Vol.

Pedestri oratione facta est haec versio, ceteroquin fida et elegans. Annotationes in usum maxime juventutis conscriptae sunt.

In linguam *Italicam* hos libros vertit *Gius. Solari.* Genuae 1815. 8. III Vol.

Ad pag. 286. lin. 28.

P. Ovidii Nasonis Fastorum libri VI. Recensuit notisque instruxit Gottlieb Erdmann Gierig. Lips. ap. Schwickert. 1812. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

In proœmio docte et acute in hoc opusculum Ovidianum inquirit b. editor. Ovidium in illo imitatum esse Callimachi αἴτια negat, propter argumenti videlicet diversitatem. Pretium poematis praecipue ponit in compositione, quae, licet eam, quae est in Metamorphoseon libris, jucunditate non omnino aequiparet, in permultis tamen locis (quorum nuncupavit quosdam) admodum sit grata. Prooemium excipit Argumentum Fastorum, in quo res, quae singulis capitibus tractantur, paucis verbis praemonstratae sunt. Additum insuper est Calendarium sex mensium descriptorum, ex ipso Ovidio desumtum. In constituendo contextu viam sibi ipse munivit editor, rejectis saepius Heinsii et Burmanni temere invectis lectionibus, relictaque nonnunquam Mitscherlichii recensione. In notis criticis potiores variantes lectiones criticorumque conjecturae satis plene notantur sciteque dijudicantur. Praecipue autem interpretatione (si quidem ab illustratione astronomicorum nimis neglecta discesseris) plena et solida excellit haec editio, quo nomine juvenibus antiquarum literarum studiosis maximopere eam commendamus. Aegre ferent lectores vitiorum

typographicorum copiam, quibus praestans haec editio inquinata est, ne quid de charta fusca obsoletisque literarum formis dicam.

Ad hanc editionem tanquam supplementum accessit:

Index rerum et verborum in P. Ovidii Nasonis Fastis occurrentium, ad editionem Gierigii accommodatus. Lips. ap. Schwickert. 1814. maj. 8. (2 Thlr. 16 Gr.)

In hoc Indice copiosissimo, qui clavis potius nomine est insigniendus, non solum nomina propria, sed etiam res, verba et cogitata uberius et saepe justo, ut videtur, fusius illustrantur.

P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI. Ex recensione Burmanni, in usum scholarum curavit, variantes lectiones codicis Francofurt. integras adjecit F. C. Matthiae (Rect. Gymn. Francof.) Francof. ad M. ap. Hermann. 1814. 8. (20 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI. Edit. nova. Hal. in libr. Orphan. 1815. 8. (4 Gr.)

Libri Fastorum in linguam *germanicam* pedestri oratione conversi sunt ab anonymo *s. t.*: *Ovids Festkalender und Zeitbücher übersetzt von v. V.*** Luneb. 1782. 8., quae misera est versio; melius ab *Jo. Ph. Krebs.* Francof. ad M. ap. Hermann. 1798. 8. (1 Thlr.) vid. supra.

Elegans doctisque animadversionibus instructa est versio *gallica*: *Les Fastes d'Ovide,*

trad. en vers, avec des remarques d'érudition, de critique et de littérature fleurie par de St. Ange. Paris. ap. Levrault 1804. 8. II Vol.

Ad pag. 287. lin. 19.

P. Ovidii Nasonis Epistolae ex Ponto. Hafn. 1799. 8.

Expressa est haec editio ex editione *Elertiana*, quae pluribus annis ante Hafniae prodiit, servatis quoque hujus editionis breviariis.

Libri Tristium et *Epistolae ex Ponto* cum miseris notis germanicis *Em. Sinceri* denuo prodierunt Francof. ad M. ap. Broenner. 1811. 8. (16 Gr.)

P. Ovidii Nasonis Tristium Libri V., in usum scholarum. Edit. tertia. Hal. in libr. Orphan. 1814. 8. (3 Gr.)

Tristium libros in linguam *germanicam* metrice transtulit notisque explicuit *J. G. C. Schlüter.* Lips. ap. Schwickert. 1798. maj. 8. (16 Gr.)

Pedestri oratione facta est versio *Nic. God. Eichhoffii* Francof. ad M. ap. Hermann. 1803. 8. (20 Gr.), quam supra jam annotavimus.

Epistolas ex Ponto metrice cum notis vertit *J. G. C. Schlüter.* Lips. ap. Schwickert. 1797. maj. 8. (14 Gr.).

Danice has Epistolas vertit *Schytt.* Hafn. 1802. 8.

Ad pag. 286. sect. 6.

Auctor libri: *Neue Kritik der class. Röm. Dichter, in Anmerk. z. Ovid, Virgil und Tibull von Chr. Conr. Sprengel.* Berol. ap. Gaedicke 1815. maj. 8. (14 Gr.), cujus pretium jam supra ad Tibullum designavimus, eo maxime animum retulit, ut Ovidium, vel absque illo nequitiarum magistrum, obscoeniora etiam, si fieri possit, dicere juberet. Vides igitur verborum contextum compluribus locis vocabulis *futuere*, *inguen*, *coitus* etc., quae prae ceteris adamare videtur auctor, interpolatum putideque inquinatum.

Franc. Xav. Werferi Lectionum in P. Ovidii Nasonis Heroidas specimen, in Actis Philologorum Monacens., auctoritate regia edid. *Fr. Thiersch* (Prof. Monac.) Monach. in libr. schol. reg. Tom. I. Fasc. IV. 1814. pag. 495 — 566.

Auctor codices mss. Monacenses, Ratisbonenses atque Victorii contulit, indeque variantes lectiones excerpsit, quarum specimen hic proposuit. Codices isti praeclaras aliquot suppeditant lectiones. Enimvero cum hi codices tam ordine, quo locata sunt singula poematia, quam in lectionibus, quas exhibent, admodum inter se discrepent, auctor sibi persuadet, aut geminam fuisse harum epistolarum recensionem, aut prius editae illarum collectioni serius aliquot adhuc carmina accessisse, quam quidem opinionem argumentis confirmare conatus est. Auctor,

maturius jam fatis interceptus, ipse conjecturas quasdam proposuit, quae ingenium et acumen criticum testantur.

Animadversiones in P. Ovidii Nasonis Metamorphoses — auct. *Aug. Hieron. Kromayer.* Vimar. 1814. 8.

Libri duo priores partim critice, partim exegetice pertractantur. Observationes inprimis, quas inspersit auctor, philologicae perplacuerunt viris doctis.

Symbolae observationum in Ovidii Fastos, in novae Fastorum editionis specimen exhibitae — auct. *Frid. Henr. Guil. Gesenius* (Ph. D. AA. LL. Mag.) Alton. ap. Hammerich. 1806. maj. 8. (14 Gr.)

In prolegg. generatim disseritur de Fastis calendaribus et historicis, de libris Rom. calendarium illustrantibus, de scriptis Rom. antiquariis, in quibus veteres eorum ritus sacri, festa aliaque memorabilia explicantur, inprimis quatenus Ovidius ex his fontibus hauserit; tum de veteribus, quae adhuc exstant, monumentis, quae Ovidiani operis intelligentiam vere adjuvare possint. Prae ceteris laudantur Verrii Flacci tabulae Praenestinae, nuper admodum erutae; cautius tractandus commendatur Joann. Laurentii Lydi libellus de Mensibus. In auxilium revocantur etiam numi, nostra aetate prorsus fere neglecti. Prolegomena excipiunt selecta quaedam ex libro IV. et V. Fastorum capita, commentario instructa, in quo interpretatio-

nem prae ceteris respexit editor. In illustrandis potissimum astronomicis superiores vicit interpretes. Adjuncti denique sunt quatuor excursus, in quibus variae res, partim ad veterum Graecorum Romanorumque notitiam rerum coelestium, partim ad illorum religionem pertinentes, tractantur, et conjecturae criticae in varios carminis Ovidiani locos proponuntur. Diligentia sane et doctrina, in hoc specimine conspicuae, minime mereri videntur severiores illas et inhumanas sententias, quas de hoc libello tulerunt quidam censores.

Ad explicanda astronomica, in opera Ovidiano obvia, fructuosus erit doctus libellus *Jo. Frid. Pfaffii de ortibus et occasibus siderum apud auctores classicos.* Gotting. 1786. 8.

Conjecturas in Ovidium proposuit *Casp. Jac. Christ. Reuvens* in *Collectaneis litterariis* etc. cap. VI. Lugd. Bat. ap. Hazenberg. jun. (Lips. in libr. Weidmann. comm.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.) Plenam libri eruditi inscriptionem vide in Suppl. nostris ad Prolegg. §. 6.

Libris, qui vitam Ovidii enarrarunt, addendus est libellus *Aug. Sam. Gerberi* (Past. St. Laurent. Samland. in Boruss. austr.): *Ovids Schicksale während seiner Verbannung. Nach dessen eignen Aussagen geschildert.* Rigae et Lips. ap. Hartmann. 1809. 8. (16 Gr.)

Satis plenam quidem et accuratam vitae fatorumque Ovidii exsulantis adumbrationem, ex ipsis fontibus, libris videlicet Tristium et Epistolis ex Ponto diligenter haustam ac concinnatam dedit auctor, criticam tamen, quam dicunt, historicam nonnunquam desiderabis.

Ante hos novem annos fama ferebat, Ovidianae tragoediae, *Medeae* (a Quintiliano X. 1. 98. et Auctore dial. de oratoribus c. 12. laudatae) codicem ms. a comite *de la Loire*, sub ruinis aedificii vetustioris Neapoli esse repertum. Enimvero cum de hac re ad hucusque, quod sciam, silentium fuerit, verendum propemodum est, ne rumor iste ex mera ortus sit vaniloquentia.

Ad §. 8.

Cajus Pedo Albinovanus.

Ad pag. 291. lin. 8.

Beckiana Consolationis ad Liviam editio repetita est s. t.: *Consolatio ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis, quae Cajo Pedoni Albinovano tribuitur, ex recens. Burmanni edidit Christ. Dan. Beckius.* Lips. 1801. 8. (4 Gr.)

Observationes in Elegiam ad Liviam Augustam scripsit *Dr. Frid. Ast*, in *Observationibus in Propertii carmina* etc. Praefatus est *Frid. Jacobs.* Gothae sp. Ettinger. 1799. 8. (6 Gr.)

Loca quaedam obscuriora aut corrupta in *Elegia in Obitum Maecenatis*, Albinovano vulgo tributa, emendavit et illustravit *Medenbach Wakker* in Amoenitatib. litterar. cap. V. p. 25 sqq.

Ad §. 10.

Cornelius Severus.

Ad pag. 293. lin. 28.

E verbis b. *Harlesii*, Cornelium Severum a *Conr. Arnold. Schmid* germanice versum et *seite explicitum* esse, sequi videtur, hanc versionem annotationibus esse instructam. Enimvero plane iis caret. Versioni pedestri (non metricae, ut ait cl. *Degen* in Literatur der deutsch. Uebersetzungen der Römer), satis plerumque languenti, substratus est textus latinus, ex Jo. Clerici editione Amstel. ap. David. Mortier 1715. descriptus. In calce additum est fragmentum carminis Corn. Severi in mortem Ciceronis, versibus germanicis similiter exemtibus redditum, adjuncto textu latino. Lectu digna est praefatio, in qua de Corn. Severi aetate, vitae conditione, ingenio et de ejus poematis pretio disseritur.

Ad §. 11.

Publius Syrus.

Publii Syri Sententiae editae sunt cum Dion. Catonis distichis et Phaedri fabulis cura *Jo. Pet. Milleri*. Berol. 1753. 8. Additus est index singularis in Publium Syrum.

Publii Syri Sententiae, in usum scholarum, adspersis notulis edidit ex recens. Jani Gruteri Carol. Henr. Tzschucke. Misen. ap. Erbstein. 1790. 12. (2 Gr.). Inest quoque in *Auctorum latin. minor.* Vol. I.

Cum Phaedro has *Publii Syri sententias* edidit *Fr. Henr. Bothe.* Lips. ap. Schwickert. 1803. maj. 8. (12 Gr.)

Publii Syri Mimi similesque sententiae selectae ex poetis antiquis, latinis: Livio, Ennio, Pacuvio, Plauto cet., *graecis: Euripide, Menandro, Theophrasto, Hesiodo* cet. *Interpretibus Cicerone, Ausonio* cet., *quas olim Des. Erasmus Roterod. delegerat et commentario explanaverat, excussae, cum hoc commentario editae, atque in versus germanicos translatae a J. Fr. Kremsier.* Lips. in libr. Sommer. 1809. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Denksprüche des Publius Syrus und mehrerer Alten, metrisch übersetzt; und: der goldene Dreifuss, eine Erzähl. von J. L. Schwarz (Praesid. des K. W. Civiltribunals zu Duderstadt) Gotting. ap. Dietrich. 1813. 8. (6 Gr.)

Satis fida est haec versio, vario versuum genere, maximam tamen partem jambico confecta. Quibus locis ab interpretibus secesserit, in notis significavit editor. Quod sub titulo aurei tripodis adjunxit poemation, grata jocosaque delectat compositione.

Ad §. 12.

Marcus Manilius.

Ad pag. 500. lin. 12.

Bipontina editio cum *Virgilio* emendatior et auctior prodiit Argent. 1808. maj. 8. II Vol. (2 Thlr. 16 Gr.)

CAPUT V.

DE IMMINENTI L. L. SENECTUTE.

AB OBITU CAESARIS OCTAVIANI AUGUSTI, VEL A CHRISTO N. 14. AD MORTEM TRAJANI, SIVE AD ANNUM CHRISTI 117.

Ad §. 2.

CAJUS VELLEJUS PATERCULUS.

Ad pag. 318. lin. 23.

Ad usum scholarum apta commodaque est editio, in qua chronologia in margine diligenter notata est:

C. Velleji Paterculi quae supersunt ex historiae Romanae libris II., denuo recognovit Jo. Christ. Henr. Krause. Lips. ap. Schwickert. 1803. maj. 8. (1 Thlr.)

Ex recensione Dav. Ruhnkenii prodiit Vellejus Roterod. (Lips. in Kummer. commiss.) 1806. 12. (1 Thlr.)

Ex recensione *Chr. Dav. Jani* expressa est editio: *C. Velleji Paterculi quae supersunt ex historiae Rom. libris II.* Vindob. ap. Pichler.

(Lips. in G. Fleischer. commiss.) 1807. 8. (12 Gr.)

C. Velleji Paterculi Historiae Rom. libri II. c. notis D. Ruhnkenii edidit A. H. Cludius. Hannover. ap. Hahn. 1815. maj. 8. (12 Gr.) *Ruhnkenii* notae integrae separatim impressae sunt et seorsum quoque venduntur ib. 1815. maj. 8. (20 Gr.) Haec editio sub hoc etiam titulo venalis est:

Corpus Historicorum latinorum cura et studio Dr. Frid. Ern. Ruhkopf et Dr. J. D. G. Seebode. Tomus V. Vellejum Paterculum continens.

Ad pag. 319. sect. 6.

Lectionum Vellejanarum specimen edidit *J. S. Rosenheyn* (schol. cathed. Mariae-insulanae praecept., in praes. Inspect. sec. collegii Frideric. Regiomont.) Berol. in Maurer. commiss. 1810. 4. (4 Gr.)

Ex editoris conjecturis perpaucas probarunt viri docti. Neque tamen non laudandum est auctoris studium, Velleji contextum facili et consentanea conjectura ad antiquam reducendi integritatem.

Duos Velleji locos vexatos (II. 26. et II. 74.) emendare tentavit *Georg. Lud. Walchius* (Prof. Gymn. Col. Berol.) in: *Meletematum criticorum Specimine.* Jenae ap. Goepferdt 1809. 4. cap. IV.

Ad §. 4.

LUCIUS ANNAEUS SENECA.

Ad pag. 528. lin. 23.

coll. Suppl. vol. I. p. 510.

L. Annaei Senecae philosophi Opera omnia, quae supersunt, recognovit et illustravit Frid. Ern. Ruhkopf (Direct. Gymn. Bielefeld.) Lips. in librar. Weidmann. maj. 8. *Vol. I.* 1797. (1 Thlr. 18 Gr.) *Vol. II.* 1800. (1 Thlr. 8 Gr.) *Vol. III.* 1805. (1 Thlr. 16 Gr.) *Vol. IV.* 1808. (1 Thlr. 12 Gr.) *Vol. V.* 1811. (1 Thlr. 16 Gr.)

In textu recognoscendo, licet nullis quidem codd. mss. uti licuerit cl. editori, tamen in singulis libris codicum nonnullorum collationum, a doctis quibusdam viris ipsi communicatarum, veterumque editionum, maxime autem sui ipsius judicii, diuturna assiduaque hujus praeclari scriptoris lectione firmati, auxilio et ope adjutus fuit. Hinc factum est, ut textum compluribus locis felicissime correxerit. Qua vero prae ceteris eminet haec editio praestantia, ea est accurata doctaque verborum cogitatorumque interpretatio. Ad quam praemuniendam adjuvandamque singulis libris breviaria praefixit, in quibus de argumento libri, de tempore, quo scriptus sit, de genuina ejus origine, de auctoris in illo conscribendo ratione et consilio, et de fontibus, e quibus hauserit, luculenter et curate disputavit. Quae in superiorum inter-

pretum, Lipsii inprimis et Gronovii, commentariis suae editionis consilio congrua esse visa, ea suis annotationibus intexuit, ita ut his commentariis plurimorum fere lectorum desideriis ad summam optime satisfactum posse videri. Nihilominus tamen non dissimulandum est, editorem doctissimum locorum aliter vel constituendorum vel explicandorum spicilegium adhuc reliquisse.

Ad pag. 329 extr.

L. Annaei Senecae ad Lucilium juniorem Epistolae. Curavit, adnotationemque adjecit Fr. Chr. Matthiae. (Rect. et Prof. Gymn. Francof.) Francof. ad M. ap. Varrentrapp. 1808. 8. Vol. I. Tom. I. II. (1 Thlr. 20 Gr.)

Est solus textus nitidissime et emendate typis exscriptus. In recensendo eo *Ruhkopfium* maxime secutus est editor, ita tamen, ut pluribus in locis ab illius recensione discederet. Interpunctioni inprimis rectius constituendae singularem navavit operam, quo variis locis subobscuris lux salutarior effulsit. Nonnunquam suas ipsius conjecturas, quae veri plerumque specie blandiuntur, in textum recepit. Veteribus editionibus, nondum rite collatis, atque aliquot codicibus usus fuisse fertur. Volumen II. suppeditabit commentarium in usum maxime praeceptorum. — Ceterum loca, in quibus ab aliorum recensione secesserit, indicavit, correctionum causas ac rationes proposuit, alio-

nibus illustravit *J. A. Schmidt.* Lips. ap. Schwickert. 1797. 8. (1 Thlr.)

Librum *de providentia* vertit *Thormeyer.* Hal. ap. Franke. 1790. maj. 8. (8 Gr.)

Apocolocyntosin misere vertit *Adolph Groeninger*, s. t.: *Seneca's Vergötterung des Kaisers Claudius.* Monach. ap. Theising. 1798. 4. (6 Gr.)

Aliquot Senecae libros in linguam germanicam egregie vertit et illustravit *Car. Phil. Conz* (Graec. Romanarumque Litt. et Eloqu. P. P. O. in acad. Tubing.) nimirum: *Seneca von der Ruhe des Geistes, der Unerschütterlichkeit des Weisen, und der Vorsehung, mit einer Abhandlung von der Zufriedenheit.* Stuttg. ap. Ehrhard. 1790. 8. (12 Gr.). — *Seneca über das glückliche Leben, die Kürze der Zeit und die Ruhe des Weisen.* ib. 1791. 8. (10 Gr.) — *Seneca an Helvia und Marcia.* Tubing. ap. Heerbrandt. 1792. 8. (14 Gr.)

Seneca's Trostschreiben an Polybius, nebst einigen seiner interessantesten Briefe an Lucilius; aus dem Lat. übers. mit Anmerk. von Detlev Joh. Wilh. Olshausen. Alton. ap. Hammerich. 1806. maj. 8. (16 Gr.) Egregia est versio. Idem vir doctus Senecae Epistolas omnes vertere notisque explanare coepit:

Seneca's sämmtl. Briefe. Uebersetzung, mit erklär. Anmerk. begleitet von Dr. Detl. Jo. Wilh. Olshausen. Kilon. in libr. acad. 1811. maj. 8. Tom. I. II. (3 Thlr.)

Locos illustres, praecepta principibus salu-

taria exhibentes, e Senecae scriptis collegit germanice vertit et cum textu latino juxta posito evulgavit *J. W. B. Ruſswurm* s. t. *Seneca's Fürstenspiegel. Deutsch und lat.* Stendal. ap. Franzen 1809. 8. (12 Gr.)

Simili modo ea loca, quae ad liberorum educationem spectant, e Senecae libris selegit atque nexu quodam conjuncta, nulla tamen addita versione in lucem emisit *M. Jo. Dan. Schulze* (Rect. Lyc. Luccav.) in Progr.: *L. Ann. Senecae Paedagogica.* Luben. 1809. 4. et in alio progr.: *L. Ann. Senecae Observationes de natura infantum, puerorum et adolescentum.* ib. 1808. 4.

Die einzig wahre Philosophie, nachgewiesen in den Werken des L. Ann. Seneca, von Jos. Weber. (Prof. Dilling.) Monach. ap. Lentner. 1807. 8.

Sub hoc titulo non satis congruo exhibet libellus varia Senecae de philosophia cogitata et sententias, sub aliquot capitibus propositas, adjuncto contextu latino. Stylus germanicus est minus emendatus verborumque compositio nonnunquam indecora.

Seneca's zwei Briefe (119. *u.* 71.), *übersetzt und erläut. von Dr. E. G. W. Lehmann.* Halberstadt. in Bureau für Lit. und Kunst. 1813. 8. (4 Gr.)

Lehren der Weisheit nach dem Seneca. Letzte Arbeit des verewigten Dr. Joh. Georg. Rosenmüller. (Prof. et summ.

antist. Lips.) Lips. ap. Goeschen. 1816. maj. 8. (16 Gr.)

Sunt varia loca praeclara, e Senecae scriptis excerpta, germanice versa et sub capitibus proposita. Versio minime ad verbum est facta; saepius enim b. auctor suas ipsius sententias Senecae intexuit cogitatis. Praemissa est brevis vitae Senecae adumbratio. Libellus etiam s. t. venalis est: *Lehren der Weisheit für gebildete Familien, aus dem Seneca frey übersetzt und mit kurzen Anmerkungen begleitet von J. G. Rosenmüller.*

L. Ann. Seneca über das Verhältniſs der wissenschaftlichen Bildung zur sittlichen, oder dessen 88. Brief, übersetzt und erläut. von Dr. C. G. W. Lehmann. Quedlinb. ap. Basse 1816. 8. (6 Gr.)

Ad pag. 332. lin. 22.

L. Ann. Senecae Tragoediae ex recens. societatis Bipontinae aliorumque. Norimb. ap. Riegel. 1796. 12. (14 Gr.) Solus textus.

Ad pag. 334. lin. 7.

Tragödien der Römer, metr. übersetzt. Breslau ap. Barth. 1809. 8. Tom. I. (20 Gr.) Cont. Herculem furent., Thyesten et Agamemnona.

Thyestes, ein Trauerspiel des L. Ann. Seneca, übers. nebst einer Einleitung über das Wesen der röm. Tragoedie, und krit. Anmerk. von Franz Horn. Penig. ap. Dienemann 1802. 8. (21 Gr.) c. textu lat.

Versio, quae in plerisque locis valde languet, pedestri oratione confecta est, quoniam Seneca, ex interpretis sententia, poetis jure non possit annumerari. In annotationibus criticis manifesta quaedam poetae vitia et errores notantur. In introductione majorem partem Senecae ingenium et mores adumbrantur. Eodem modo edidit:

Die Trojanerinnen, ein Trauerspiel des L. Ann. Seneca, übersetzt von Franz Horn. ib. ap. eund. 1803. 8. (21 Gr.)

Ad pag. 335. sect. 5.

Vitam Senecae uberius descripsit *Jo. Georg. Car. Klotzsch* sub titulo ambiguo: *L. Annaeus Seneca. Herausgegeben von* etc. Viteb. 1799—1802. 8. II. Vol. (2 Thlr.)

Libellus a b. *Harlesio* pag. 336. lin. 8. notatus: *Leben des Seneca nach Diderot von F. L. Ephen* (cujus verus auctor est *Hanker*), iterum prodiit Lips. 1794. 8. (1 Thlr.)

J. A. Fabricii Observationes et conjecturae ad Senecae opera cum J. G. Gurlitti Gedanken über die Wirkung der sogenannten heidnischen Moral gegen die christliche in *Wiedeburgi philolog. paedagog. Magazin* tom. II. part. IV. p. 437 sqq.

Jo. Georg. Car. Klotzsch prolusio *de Annaeo Seneca, uno tragoediarum, quae supersunt, omnium auctore.* Viteberg. 1802. 8.

Ad §. 5.

A. Cornelius Celsus.

Ad pag. 340, lin. 21.

Bipontina editio, quae primum prodiit 1786. 8. (1 Thlr.) multo auctior et emendatior prodiit h. t.:

A. Cornelii Celsi de medicina libri VIII., ex rec. et c. notis Leon. Targae. Accedunt indices. Argent. ex typogr. societ. Bipont. 1806. maj. 8. II Vol. (3 Thlr. 8 Gr.)

Ad pag. 341. sect. 6.

J. Lommii commentarii in A. Corn. Celsum de sanitate tuenda. Editio nova, curavit Eyeret. Vindob. 1794. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Vitam Celsi descripsit *Dr. Jo. Henr. Lange* in: *Briefe über verschiedene Gegenstände der Naturgeschichte und Arzneykunst.* Luneb. et Lips. 1775. 8. epist. XXII.

In linguam *germanicam* versi sunt Celsi libri ab anonymo Jenae et Lips. 1799. maj. 8. Tom. I. (1 Thlr. 16 Gr.)

Ad §. 6.

Valerius Maximus.

Ad pag. 346. lin. 11.

Omissa est utilis commodaque editio *Jo. Pet. Milleri.* Berol. 1755. 8. Habet haec editio praeter indicem locupletissimum, notationem annorum urbis conditae, et locos parallelos, cuique paginae substratos.

Bipontina editio venustiore forma externa ornata, atque *Julio Obsequente* aucta prodiit s. t.: *Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri novem, ad optimas editiones collati. Accedunt Julii Obsequentis quae supersunt ex libro de prodigiis cum supplementis Conr. Lycosthenis. Praemittitur notitia literaria.* Argent. e typogr. societ. 1806. maj. 8. II Vol. (2 Thlr.)

Ad eand. pag. lin. 18.

Denkwürdige Reden und Thaten in neun Büchern von Valerius Maximus. Von neuem aus dem Latein. ins Teutsche übersetzt und mit erläut. Anmerk. begleitet. Francof. ad M. ap. Hermann. 8. *Tom. I.* 1805. (1 Thlr. 4 Gr.) *Tom. II.* 1807. (2 Thlr. 4 Gr.) Etiam s. t.: *Samml. der neuesten Uebersetz. der röm. Prosaiker m. erläuternden Anmerkungen. 16. Theils 1. 2. Band.*

Haec versio neque ab orationis elegantia, neque a cura ac diligentia in vertendo adhibita commendatur. In annotationibus autem, quarum nimia fere adest copia, varia occurrunt, quae lectu sunt digna.

Ad §. 7.

POMPONIUS MELA.

Ad pag. 351. lin. 27.

Plenissimam operosamque, notarum tamen mole laborantem editionem paravit b. *Car. Henr. Tzschucke*, cujus haec est epigraphe:

Pomponii Melae de situ orbis libri III., ad plurimos Codd. Mss. vel denuo vel primum consultos aliorumque editiones recensiti, cum notis criticis et exegeticis vel integris vel selectis Hermolai Barbari etc., conlectis praeterea et adpositis doctorum virorum animadversionibus, additis suis, a Car. Henr. Tzschuckio. Lips. ap. Crusium 1806—7. maj. 8. VII Vol. c. tabula annea. (20 Thlr. chart. membr. 35 Thlr.)

Textum codicum inprimis mss. veterumque editionum auxilio innumeris paene locis feliciter sanavit, atque correctionum causas ac rationes in notis criticis magna cum prolixitate (notae enim criticae implent secundum, tertium et quartum volumen) enucleavit. Notae exegeticae, quae, si quidem in ordinem quendam redigerentur, compendii geographiae veteris vicem praestare possent, salutarem Pomponio affundunt lucem. Enimvero cum haec editio, docta alioquin et praeclara, cum propter operis molem, tum propter nimium, quo venit, pretium vix spem excitare deberet, fore, ut ea in multorum doctorum hominum manus perveniret, b. jam *Tzschuckius* id agebat, ut eam in compendium quasi redigeret. Sed urgente interim senectutis onere, corporisque valetudine vacillante, ab incepto abstinuit, laboremque profligandum imposuit *Jonath. Augusto Weichert*, discipulo quondam suo, qui inde a libri I. capite XII. (ad eo usque enim com-

mentarium *Tzschuckius* ipse elaboraverat) librum continuavit, absolutumque edidit hac inscriptione:

Pomponii Melae de situ orbis libri III., commentario Tzschuckii breviore in usum scholarum instruxit Augustus Weichert (Prof. Viteberg.) Lips. ap. Vogel. 1816. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.)

In textu nil mutavit, quaedam tamen loca in praef. critice tractavit eorumque emendandorum specimina proposuit. Ex animadversionibus criticis b. *Tzschuckii* nil communicavit editor, quod eo magis dolendum est, cum ea sit hujus editionis institutio ac ratio, ut non modo discipulorum desideriis inservire queat, imo etiam praeceptoribus aliisque antiquarum literarum studiosis recte commendari possit, utpote qui aegre sane ferent omnis criseos penuriam. Utilis est index historico-geographicus in fine additus.

Nitida et satis correcta est editio: *Pomponii Melae de situ orbis libri III., ad optimas editiones collati, cum indice locupletissimo.* Vindob. ap. Pichler. (Lips. in Fleischer. jun. commiss.) 1808. 8. (12 Gr.)

Pomponii Melae de situ orbis libri III. Accedunt Rufi Festi Avieni descriptio orbis terrae, et Ora maritima, Prisciani Periegesis, Claudii Rutilii Itinerarium et Vibius Sequester de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, quorum apud poetas mentio fit. Praemittitur notitia lite-

raria. Argentor. ex typograph. societ. Bipont. 1809. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.)

Textus variorum horum auctorum, hoc volumine conjunctorum, ex optimis singulorum editionibus est expressus: Pomponii Melae videlicet ex editione Tzschuckiana, Avieni, Prisciani et Rutilii e Wernsdorfiana, Vibii Sequestris ex Oberliniana. Aeque facili negotio Notitia literaria de Pomponio Mela ex *Tzschuckii* dissertatione de Pomponio Mela ejusque libro, notitia literaria de carminibus Avieni geographicis ex *Jo. Chr. Wernsdorfii* Poetis lat. minor., et dissertatio de Prisciani Periegesi indidem ex *Wernsdorfii* libro laudato desumta est. Etiam de Claudio Rutilio Numatiano et de Vibio Sequestre adjectae sunt commentationes. Qui in fine additus index, is ad solum pertinet Pomponium Melam.

Ad pag. 352. sect. 6.

Pomponius Mela, traduit en français sur l'edition d'Abr. Gronovius, le texte vis-à-vis de la Traduction, avec des notes critiques, géographiques et historiques par Fradin (Prof. hist. et geogr. Pictav.) Pictav. et Paris. 1804. 8. III Vol.

J. A. Müller Animadversiones in Pomponium Melam. Misn. ap. Klinkicht. 1802. 8.

Ad §. 11.

Q. Curtius Rufus.

Ad pag. 363. lin. 15.

Bipontina editio repetita est 1801. II Vol. (1 Thlr. 2 Gr.)

Cunzianae editionis, in Suppl. Vol. II. p. 17. notatae, *Pars II.* sive, ut titulus ait, *Vol. I.* prodiit Helmstad. ap. Fleckeisen 1802. maj. 8. (1 Thlr. 6 Gr.) Hic tomus amplectitur librum V., praefationem et prolegomena, in quibus de tempore, quo Curtius vixerit, de ejus vita, ingenio et moribus, atque de ejus scribendi genere ac fide historica copiose enucleateque disseritur. Accuratius expensis variorum doctorum virorum de Curtii aetate sententiis, ipse cum Italo docto, *Francisco Jos. Bagnoli* (in libro: *Della gente Curzia e dell' età di Q. Curzio l'istorico ragionamento.* Bonon. 1741. 8.), Curtium Constantini M. temporibus vixisse suspicatur. Dolendum sane, praestantem hanc editionem interpositis tantis temporis intervallis continuari.

Praeclaram eruditoque commentario instructam editionem debemus *Friderico Schmieder* (Direct. Gymn. Brieg.):

Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri M. libri superstites, ad optimorum exemplarium fidem recensiti, atque prooemio et indice rerum instructi a Frid. Schmieder. Gotting. ap. Dietrich. 1803. maj. 8. (20 Gr.) Textui separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri M. libros — conscriptus a Frid. Schmieder. ib. 1804. maj. 8. (20 Gr.)

Ad collectionum scriptorum latin. classicorum, a *Rupertio* adornatam, pertinet haec editio. Textus est Freinshemio-Snakenburgianus, at innumeris locis cum ex codd. auctoritate, tum doctorum virorum ipsiusque editoris judicio emendatus. Quae editori tanquam interpolationes essent suspecta, ea uncis inclusit. Chronologia, anni videlicet Olympiadum et ante Christum natum, supra quamlibet textus paginam diligenter est notata. In commentario eo maxime animum retulit editor, ut collatis accuratissime fontibus, e quibus hauserit Curtius, auctoribus videlicet graecis, Diodoro Siculo, Arriano, Plutarcho aliisque, partim ea loca, in quibus Curtii narratio manca est et minus plena, suppleret, partim manifestos ejus errores historicos et geographicos monstraret et corrigeret. In prooemio de Curtii aetate, vitae conditione, ingenio et libro docte disseritur. Severe sane Curtium accepit cl. editor; namque nonnisi vanum eum existimat declamatorem, incerti, serioris tamen aevi, qui absque solida linguae graecae reique militaris cognitione scriptores graecos compilaverit, fidem historicam nil curans, dummodo posset declamandi artem jactare.

Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri M. libri. Zum Behuf der studirenden Jugend mit Anmerkungen und einem Wortregister herausgegeben von Alb. Christ. Meineke (Direct. schol. Osterod.) Lemgov. ap. Meyerum 1805. 8. II. Tom. (2 Thlr.)

Ad criticum quidem usum plane inutilis est haec editio. Prodesse tamen quodammodo poterit iis adolescentulis, qui Curtium linguae latinae addiscendae causa in scholis legunt, atque diligentia domestica praeparati ad lectiones scholasticas accedere velint.

Ad pag. 365. lin. 2.

J. P. Ostertagii versio germanica, quae multum praestat *Jo. Franc. Wagneri* labori (Lemgov. ap. Meyer. 1768. II. Tom. 8.), emendatior prodiit Francof. ad M. ap. Hermann. 1799. II Vol. 8. (1 Thlr. 14 Gr.).

Curtium, inprimis quod ad ejus attinet dictionem, nimis contemnere, eumque seriori temere assignare aevo, iniquum esse, demonstravit, variosque illius locos critice tractavit *Georg. Lud. Walchius* (Prof. Gymn. Col. Berol.) in: *Meletématum criticorum Specimine.* Jenae, ap. Goepferdt. 1809. 4. cap. III.

Ad §. 15.

T. Petronius Arbiter.

Ad pag. 376. sect. 6.

Novae versionis Petronii famosae, a b. *Harlesio* (Suppl. Vol. II. p. 24.) notatae: *Titus*

Petronius Arbiter Satiricon, samt Nodots Ausfüllung, neu übersetzt. Blankenb. et Lips. 1798. maj. 8. haec sunt fata. Interpres est *Adolphus Gröninger.* Primum prodiit haec versio Berol. ap. Unger. 1796. maj. 8. (1 Thlr.) Sed cum omnia ejus exemplaria mox publico nomine et auctoritate essent ademta atque adeo (mirabile dictu!) maximam partem combusta, liber, omisso interpretis nomine, iterum typis expressus est Blankenb. et Lips. (ap. Ernst.) 1798. maj. 8. (1 Thlr. 3 Gr.), et novo addito tituli folio denuo venalis expositus est Lips. in libraria Sommeriana 1804. maj. 8. (1 Thlr.). Ceterum haec versio ad summam praeferenda videtur Heinsianae, et absque dubio Schlüterianae.

Notanda est *gallica* versio: *Satire de Petrone, Chevalier Romain. Nouv. Traduct. du Cit. D., suivie de considérations sur la Matrone d'Ephèse et un conte chinois sur le même sujet.* Paris. ap. Gerard 1803. 8. II. Vol.

Fida quidem est versio, at in locis lubricis mutilata.

Ad §. 16.

C. Plinius Secundus Major.

Ad pag. 383. sect. 6.

Librum VII — XI, cum fragmento libri XXXII., quibus continetur historia animalium, in linguam *gallicam* transtulit notisque illustravit *Guéroult* s. t.: *Histoire naturelle des*

animaux par Pline. Trad. nouv. avec le texte en regard par P. C. B. Guéroult. Paris. ap. Delance 1802. 8. III Vol.

Laudatur haec versio atque praefertur Sivryanae. Annotationes tamen, quae historiam naturalem illustrant, non plane satisfecerunt viris doctis.

Chr. Gottl. Heyne: Ex C. Plinii Secundi Historia naturali quae ad artes spectant, nunc e libro XXXV. de pictura, lectionibus academicis accommodata. Gotting. ap. Dietrich. 1810. 8.

Ad §. 18.

M. Fabius Quintilianus.

Ad pag. 389. lin. 11.

In *Dialogi de Oratoribus* antiquitatem curiosius inquisivit, omniaque argumenta, quibus Quintiliano Tacitove aut adjudicatur aut abjudicatur, diligenter examinavit *Georg. Gust. Fülleborn* (Prof. quond. antiq. liter. in Gymn. Elisabeth. Vratisl.) in: *Encyclopaedia philologica.* Vratisl. 1798. 8. (16 Gr.) p. 33—39. Ipse hunc dialogum neque Taciti neque Quintiliani, sed incerti auctoris esse statuit, quamquam satis antiqui, Tacito aut Quintiliano aequalis.

Ad pag. 395. lin. 4.

Spaldingianae editionis, cujus *Partem I.* (2 Thlr. 8 Gr.) meritis cum laudibus indicavit *Harlesius* (Suppl. vol. II. p. 35 sq.), *Pars II.*

prodiit Lips. ap. Gruisium 1803. (2 Thlr. 8 Gr.) et continet librum IV — VI. *Pars III.* prodiit ibid. 1808. (2 Thlr. 8 Gr.), continet libri VII — IX. *Pars IV.* et ultima Lips. ap. Vogel 1816. continet libr. X — XII. (2 Thlr. 14 Gr.)

Insignem textui emendando operam navavit b. editor. Tredecim codices contulit, Gothanum, a Gesnero jam collatum, pariter ac codices Guelpherbytanos denuo evolvit, editionem quoque principem, a b. Heynio cum eo communicatam in usus suos convertit. Denique cum post absolutum volumen secundum peregre abiisset, atque aliquamdiu in Italia commoraretur, contigit ipsi, ut codicem Florentinum integrum conferre posset. Codicem quoque membranaceum, cujus Burmannus mentionem fecerat, Mediolani inspexit, sicut alium etiam, qui in bibliotheca acad. Mediol. asservatur. Romae non duos solum codd. mss. evolvit, sed *Benedicti Aegii* etiam, Spoletani, animadversiones, editioni alteri Aldinae, quae in Bibliotheca Vaticana asservatur, manu adscriptas, curiose excerpsit. Neapoli denique praestantem cod. ms. Bibliothecae regiae obiter inspexit. Tot tamque praeclaris auxiliis criticis adjutus, tamque eximio critici ingenii acumine ornatus, textum Quintiliani ad eam sane reducere valebat integritatem, ut pauca adhuc restarent desideranda. In annotationibus, quarum numerus haud ita magnus est, excellentis ingenii solidaeque doctrinae, atque

accuratae sermonis latini cognitionis ubivis deprehenduntur vestigia. Tomo quarto elaborando cum immortuus esset auctor, opus profligandum suscepit cl. *Phil. Buttmannus*, quo quidem negotio laudabili cum successu perfunctus est.

Analectorum ad G. L. Spaldingii M. Fab. Quintilianum specimen scripsit *Gust. Sarpe* (Prof. Rostoch.). Hal. ap. Kümmel. 1815. maj. 8. (8 Gr.); quae cum sub examen vocasset atque passim obtrectasset cl. *Buttmannus* in praef. ad tom. IV. edit. Spalding., *Sarpius* iterum edidit *Epistolam ad nuperrimum Quintiliani editorem.* Suerini, ap. Stiller. 1816. maj. 8., in qua sententias suas vindicare et confirmare studet.

Analecta critica ad Quintiliani Instit. orat. libros VII—IX. scrips. *Reinhold. Frid. Happel.* Hal. ap. Bathe 1810. maj. 8.

Editionis *Spaldingianae* volumen III. potissimum respexit editor. Complura loca recensionis Spaldingianae aliter et plerumque melius constituuntur. Aliquot conjecturas libello inseruit cl. *Chr. God. Schützius*, quae criticorum ferent plausum.

M. Fabii Quintiliani Opera, ex recens. Spaldingii ad usum scholarum accommodata; subjectae sunt textui notae exegeticae partim Spaldingii, ad compendium conlatae, partim novae; in fine additi sunt indices, curante G. A. B. Wolff. Lips. ap. Vogel. 1816. maj. 8. Tom. I. (1 Thlr. 12 Gr.)

M. F. Quintiliani Instit. orat. liber Xmus, in usum lect. editus (ab *Aug. Guil. Ernesti*) iterum prodiit Lips. 1801. 8.

Eundem librum decimum *cum variarum lectionum delectu in usum scholarum post Theoph. Ernesti denuo edidit M. J. G. C. Rose.* Lips. ap. Joachim. 1816. 8. (4 Gr.)

Antiquior versio Quintiliani *gallica*, quam paravit abbas *Gedoyn*, iterum prodiit s. t.: *Quintilien de l'institution de l'orateur, trad. par Mr. l'Abbé Gedoyn, des Acad. franç. et des Inscript. Quatr. Edit. revue, corrigée et augmentée des passages omis par le Traducteur d'après un mémoire manusc. de Mr.* (Jean Augustin) *Capperonnier.* Paris. ap. Barbou 1803. 12. IV. Vol.

In *Gedoyni* textu nihil mutavit editor, locos vero ab illo omissos, inprimis in libro VII. VIII. et IX., adjecit, propositis simul in notis variorum locorum emendandorum speciminibus.

Ad §. 19.

C. Cornelius Tacitus.

Ad pag. 401. lin. 15.

Critica editio *Bipontina* post mortem *Crollii* repetita est ab *Extero*, emendata et aucta notitia literaria. Bipont. 1792. maj. 8. IV. Vol.

Editio *Halensis*: *C. Corn. Taciti Opera in usum schol. diligenter expressa, cum variet. lect. Bipont.*, emendatius repetita est

ibid. in libr. Orphan. 1808. 8. II Tom. (1 Thlr. 12 Gr.)

Tubingensis (cfr. Suppl. Vol. II. p. 42. lin. 21.) curata est ab *Jo. Georg. Hutten* (schol. Tubing. Rect.) (20 Gr.)

C. Corn. Taciti Opera cura Exteri iterum prodierunt Biponti (Lips. in Liebeskind. commiss.) 1797. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

Editionem *Ernestinam*, contextu in locis nonnullis ex codicum auctoritate aliter constituto, typis repetendam curavit atque versione gallica partim sua, partim abbatis *de la Bleterie* (Prof. eloqu.) instruxit *J. H. Dotteville*. Edit. III. Paris. 1792. 8. VII Vol.

Ernestinae editionis retractandae repetendaeque munus auspicatus erat cl. *Frid. Aug. Wolfius*. Sed cum profligato usque ad Annal. libri II. cap. 24. labore, ab incepto destitisset, inchoatum opus recepit atque absolvit cel. *Jer. Jac. Oberlinus* (Prof. Argentor.), cujus editionis haec est inscriptio:

C. Corn. Taciti Opera, ex recens. Jo. Aug. Ernesti. Denuo curavit Jer. Jac. Oberlin, Argentoratensis. Lips. in libr. Weidmann. 1801. maj. 8. II. Vol. (5 Thlr.)

Textum permultis locis aliter constituit, plerumque tamen editoris Bipontini inhaesit vestigiis. Contigit cl. editori, ut codicem Budensem, quem Beatus Rhenanus contulerat, et quem deperditum arbitrabantur viri docti, reperiret atque magna cum utilitate in usus suos converteret. Annotationes Ernestii

suis animadversionibus tam criticis quam exegeticis insigniter passim auxit, ita ut vel ab hac parte editio Ernestina excellentiorem nacta sit praestantiam.

Textus *Oberlimanae* editionis, omissis notis, addito tamen indice historico, in usum scholarum, typis excriptus est Lips. in libr. Weidmann. 1801. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

C. Corn. Taciti Opera, quae supersunt, ad optimorum exemplarium fidem recognovit, atque prooemio, argumentis et indice rerum instruxit Ge. Alex. Ruperti (Rect. Stad.). *Tom. I.* (Annal.) Gotting. ap. Dietrich. 1805. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.). Separatim adjunctus est: *Commentarius perpetuus in C. Corn. Taciti Annales — conscriptus a Ge. Alex. Ruperti.* ib. eod. (2 Thlr.)

Harum editionum institutio ac ratio plus uno loco a nobis descripta est. Plenam contextus tractationem criticam vel in hac editione nemo exspectabit, quippe quae ab illius consilio sit aliena. Commentarius perpetuus multa exhibet, quae prodesse poterunt junioribus potissimum Taciti lectoribus. Universa tamen editionis ratio displicuit censoribus doctis.

C. Corn. Taciti Opera, quae supersunt. Editio accurate correcta, Wirceb. ap. Stahel. 1815. 8. (1 Thlr.)

C. Corn. Taciti Opera edidit Gius. Petruzzi, e soc. Jesu. (Prof. eloq. Rom.) Romae 1815. 8. Tom. I—IV.

C. Corn. Taciti Opera. Mit Einleit., Zeit- und Geschlechtstafeln, und erklär. Anmerk. für studier. Jünglinge und alle Freunde der alten Litteratur, die nicht eigentliche Philologen sind, versehen von M. Joh. Karl Weibert (Diac. ad aed. St. Joann. ante Chemnit.). Lips. ap. Schwickert. maj. 8. Tom. I. (de situ, morib. et pop. Germ., J. Agricolae vita, et de orator. Dial.) 1813. Tom. II. 1815. (Annal.) Tom. III. 1816. (Histor. libr.) (4 Thlr.)

Textum exhibuit maximam partem Oberlinianum, in nonnullis tamen locis optimas quasque aliarum recensionum lectiones recepit. In conscribendis annotationibus, quae Criticam, Grammaticam, Historiam, Geographiam, Antiquitates, Chronologiam et Genealogiam spectant, ex optimis interpretibus delegit, quae suo consilio congrua essent visa. In Introductione de Taciti vita librorumque suorum chronologia, de ejus ingenio ac moribus, de peculiari ejus scribendi narrandique genere, de fontibus, e quibus hauserit, de fide ejus historica, de librorum ejus editionibus ac versionibus copiose disputatur. Dialogum de Oratoribus Tacito probabiliter adjudicandum esse censet editor.

C. Corn. Taciti Opera edidit Dr. Jcach. Diter. Godofr. Seebode (Hildes. Gymn. Rect.) Hannover. ap. Hahn. 1815. 8. *Tom. I.* (6 Gr.) Continet Dial. de Oratorib., vitam J. Agricolae et libellum de Germania. Singuli hi libri, addito unicuique tituli folio suo, sepa-

ratim quoque venduntur (1 2 Gr.). Suo quemque loco infra annotavimus.

C. Corn. Taciti Annalium libri XVI. Ex recensione novissima, cum perpetua, brevi tamen adnotatione ad libros priores, in usum scholarum. Tremon. ap. Mallinckrodt. 1812. 8. (1 Thlr.)

Ad pag. 401. lin. ult.

Taciti Opera germanice vertere notisque illustrare coepit *G. L. Becher*. Francof. ad M. ap. Hermann. 1802. 8. Tom. I. (1 Thlr. 12 Gr.) Non laudatur haec versio.

C. Cornelius Tacitus Werke. Deutsch mit Abhandl. und Anmerk. von Carl Ludw. von Woltmann. Berol. 1811. maj. 8. VI Tom. (10 Thlr.)

Tomi quatuor priores continent versionem, tomus quintus dissertationibus de vita Taciti et fatis scriptorum suorum, de arte ejus historica et al., tomus ultimus observationibus in singulos libros, criticis, historicis, aestheticis et politicis destinatus est. Ceterum haec versio ea, quam adamavit nostra aetas, ratione ac consilio instituta atque confecta est, ut scilicet oratio germanica, sive omnem ejus respexeris structuram, sive singulorum vocabulorum usum inusitatamque inter se juncturam, habitum plane latinum atque ergo ab illa ad hucusque alienum indueret. Quodsi vero non infitiandum est, optandum sane esse, ut genius nostrae linguae ingenio latinae magis magisque accommodetur,

tamen vix cupere aliquis sapiens possit, ut tam incauta ac velut tumultuaria linguae nostrae conformatione his votis satisfiat.

Novissime *Taciti Opera* in linguam germanicam convertere coepit elegantissimus Tibulli interpres *Frid. Carol. de Strombeck.* Brunsv. ap. Vieweg 1816. maj. 8. *Tom. I. II.* (Annal.) *Tom. III.* (Historiar. libr.) [5 Thlr.]

Taciti Annales germanice vertere coepit *Joann. Christoph. Schlüter* (Prof. Monast.) Duisburg. ap. Baedeker. 1809. 8. *Tom. I.* (1 Thlr. 4 Gr.) *Tom. II.* 1814. (1 Thlr. 4 Gr.)

Nervosam Taciti brevitatem nimis anxio cum studio imitari conatus est. Cfr. judicium nostrum de ejus versione vitae J. Agricolae.

Operum Taciti versio *gallica*, quam paravit atque primum edidit a. 1790. *Dureau de la Malle*, emendatior et auctior prodiit 1808. s. t. *Tacite, nouvelle Traduction par Mr. J. B. J. R. Dureau de la Malle*, (membre du Corps legislatif et de l'Acad. franç.) Deuxième édit. revue, corrigée et augmentée. Paris. 1808. 8. Tom. V.

Taciti ingenium feliciter expressisse dicitur interpres, idque salva gallicae linguae elegantia et perspicuitate. Prolusio quaedam (Discours préliminaire) brevem exhibet conspectum status et administrationis imperii, ab Augusto constitutae.

Novissime Taciti Opera in linguam gallicam transtulit *Gallon de la Bastide*. Paris. ap. Lefevre. 1812. 12. III Tom.

Ad pag. 402. lin. 22.

C. Corn. Taciti Agricola c. lect. varietate in usum scholarum edidit Dr. Joach. Dietr. Godofr. Seebode (Hildes. Gymn. Rect.) Gotting. in Vandenhoeck. comm. 1812. 8. (4 Gr.) Eadem editio *cum specimine observationum in aliquot Taciti loca, quo novam editionem indicit auctor.* ib. eod. (8 Gr.) Haec editio, sine specimine Observat. venalis quoque prostat Hanover. ap. Hahn. 1816. 8. (2 Gr.)

C. Corn. Tacitus Julius Agricola, aus dem Latein. übersetzt und durch Anmerk. und Karten erläutert (a M. *G. F. Artzt*). Misen. ap. Erbstein. 1800. 8. (16 Gr.)

Laudatur haec versio, in primis quod ad interpretationem attinet.

Julius Agricola. Eine Biographie von C. Corn. Tacitus. Latein. und deutsch, mit Anmerk. von Joh. Christoph Schlüter (Prof. acad. Monaster.) Duisburg. ap. Baedecker. 1808. 8. (18 Gr.)

Summum interpretis studium, Tacitum fide ejusque ingenio accommodate in linguam vernaculam transferendi, meritis sane laudibus non defraudandum est. Neque tamen dissimulari potest, nimium hoc et velut anxium fidei studium invexisse nonnunquam aliquam orationis duritiem, cum ex vocabulorum nove inusitateque dictorum usu, tum ex tota verborum membrorumque contorta saepius compositione enatam. Varios praeterea locos minus recte ab interprete intel-

lectos et expressos a censoribus doctis notatos esse memini. Textus latinus, juxta versionem positus, ex altera editione Bipontina maximam partem est expressus.

C. Corn. Tacitus Lebensbeschreibung des Jul. Agricola. Latein. und deutsch von Dr. Casp. Fried. Renner (Prof. quond. mathes. in acad. Casan.) *und Dr. J. C. Fincke.* Gotting. ap. Brose 1808. 8. (8 Gr.). — *Edit. altera* recognita, emendata notisque aucta ab *A. Schlegel.* ib. 1816. 8. (12 Gr.)

C. Corn. Tacitus Leben des J. Agricola, übersetzt von Joh. Jacob Stolz (Dr. et Prof. Theol. Brem.). Bremae ap. Heyse. 1816. maj. 8.

Versionem vitae Agricolae *gallicam* probabilem doctisque observationibus instructam edidit *Dambreville: Vie de Julius Agricola par Tacite. Traduct. nouvelle, avec le texte et des notes.* Paris. ap. Crapart. 1803. 12.

Gallicam versionem *vitae Agricolae* et libelli *de moribus Germanorum* edidit etiam abbas *de la Bletterie* (Prof. Eloqu. Paris.). Editio novissima Paris. 1788. 12.

Singula quaedam capita hujus biographiae gallice versa edidit *Chr. Panckouke* s. t.: *Fragmens de la vie d'Agricola.* Paris. ap. Panckouke. 1804. 8.

Ad pag. 405. lin. 9.

Taciti Germania ex editione Car. Henr. Joerdens iterum prodiit Berol. 1794. 8. (1 Gr.)

Propter textum emendate expressum, notarumque sapienter institutum delectum, scholis prae ceteris commendanda est haec editio.

C. Corn. Taciti de situ, moribus et populis Germaniae libellum in usum scholarum edidit et notis illustravit A. Winding-Brorson (Conr. schol. ill. Heloviae.) Hafn. ap. Arntzen. 1804. 8. (4 Gr.)

Textus ex optimis plerumque recensionibus est expressus, paucis tamen, at minus feliciter, immutatis. Levioris momenti sunt annotationes, in quibus plus simplici vice lapsus est editor.

C. Corn. Taciti de situ, moribus et pop. Germ. libellus, cum varietate lectionis brevibusque adnotationibus editus a G. G. Bredow (Prof. quond. in acad. Vratisl.). Helmstad. ap. Fleckeisen. 1808. 8. (4 Gr.) Editio altera ib. 1816. 8. (4 Gr.)

Textus quam emendatissime exscriptus est. Huic substrata est varietas lectionis editionum Ernestinae et Bipontinae. Singulis capitibus breviaria sunt praefixa. Annotationes, quae paucae quidem sunt, sed ad illustrandas rerum verborumve difficultates sufficiunt, textui in calce libelli annexae sunt.

C. Corn. Taciti de situ, moribus et pop. Germ. libellum cum indice geographico in usum scholar. suarum edidit M. Mart. Frid. Soergel. Edit. noviss. Lemgov. ap. Meyer. 1809. 16. (2 Gr.)

Textum excipit introductio quaedam, germanice scripta, in qua de ingenio et moribus Taciti et de hujus libelli de Germania praestantia strictim disseritur. In indice saepius tritissimae quoque res illustrantur.

C. Corn. Taciti Germania c. lect. variet. in usum scholarum suarum edidit Dr. Joach. Diet. Godofr. Seebode (Gymn. Hildes. Rect.). Hannover. ap. Hahn. 1816. 8. (2 Gr.)

Quod ad crebras attinet hujus libelli *versiones*, germanicis ab *Harlesio* (pag. 401. fin. et Suppl. Vol. II. p. 46.) indicatis addendae sunt: versio *Phil. Lud. Haus.* Mogunt. 1791—92. 8. (1 Thlr.); novissima editio versionis laudabilis *Car. Theoph. Anton*, cum commentario. Gorlit. 1799. 8. (18 Gr.); *G. G. Bredow*, quae item bona est notisque et tabula geogr. instructa. Helmstad. 1808. 8. (12 Gr.); *Godofr. Angel. Fischer*, quae notis et textu latino instructa, at valde mediocris est, Monach. ap. Lentner. 1811. 12. (10 Gr.); *Fr. Guil. Toennies*, cum notis et indice quadruplici. Berol. ap. Dümmler. in comm. 1816. maj. 8. (8 Gr.); et *Ferd. Bischoff*, cum notis historicis et antiquariis. Isenac. ap. Wittekindt. 1816. 8.

C. Cornelii Taciti Dialogus de Oratoribus. In usum scholarum suarum recensuit et varietatem lectionis adjecit Dr. Joach. Diet. Godofr. Seebode (Gymn. Hildes. Rect.). Gotting. ap. Vandenhoeck. 1813. 8. (6 Gr.) Tum Hannover. ap. Hahn. 1816. 8. (2 Gr.)

Editor dialogum istum Taciti esse censet, ab eoque juvenili forsan aetate conscriptum, neque tamen eos, qui contra hanc disputant opinionem, argumentis satis firmis refutavit. In textu recensendo cauti ac sobrii critici officio functus est; codicum enim veterumque editionum potissimum auctoritatem secutus est, textumque vulgatum nonnisi jubente necessitate mutavit. Emendationum causas criticas lectionibus suis et majori operum Taciti editioni, quam parat cummaxime, reservavit. Textui substratae tantum sunt variantes lectiones et potiores criticorum conjecturae. Neque tamen omnino probarunt viri docti editoris emendationes.

Ad pag. 404. sect. 6.

De Taciti ingenio verissime judicatur, ejusque cum Thucydide comparatio instituitur in docta commentatione: *Ueber Thucydides und Tacitus, vergleichende Betrachtungen*, gelesen in der öffentl., zur Feier des Namenstages Sr. Majest. d. Königs gehalt. Versamml. der Kön. Acad. d. Wissenschaft. am 13. Oct. 1812. von *Dr. Ferd. Roth* (Kön. Bayer. Oberfinanzrath). Monach. ap. Lindauer. 1812. 4. (4 Gr.)

D. H. Hegewisch über den schriftstellerischen Character des Tacitus in Ej. *Historischen und literar. Aufsätzen.* Kilon. 1801. 8.

Observations sur les histoires de Tacite, avec le Texte latin corrigé par Edme Ferlet. Paris. 1801. 8. II Tom.

Praeclaras *Animadversiones criticas in Taciti Agricolam* scripsit *Jo. Chr. Guil. Dahl.* Rostoch. 1802. 4.

Complures locos in Taciti *Agricola*, nec non in libris *Annalium* et *Historiarum* critice tractavit et explicuit *Georg. Lud. Walchius* (Prof. Gymn. Colon. Berol.) in: *Meletematum criticorum specimine.* Jenae ap. Goepferdt. 1809. 4.

Animadversiones in Propertium et Tacitum — scripsit *Jo. Theoph. Herbst.* Jenae, typ. Schreiber. 1815. maj. 8.

Nonnullorum locorum in Historiarum libris crisin exhibent doctae hae animadversiones.

Varios locos in Taciti *Germania* corruptos felici conjectura sanavit, complures sobria explicatione a criticorum vexatione vindicavit *Chr. Aug. Godofr. Emmerling* (LL. AA. M. ad aedem D. Petri Catech. Lips.) in: *Commentatione de locis nonnullis in Taciti Germania.* Lips. ap. Schwickert. 1808. maj. 8. (4 Gr.)

Observationum in Taciti Germaniam Partic. I—III. scripsit M. *Henr. Lud. Hartmann* (Lyc. Guben. Conr.). Guben. ex officin. Brückneri. 1802, 4, 9. in 4to.

Notae sunt critici pariter atque exegetici argumenti, et ab solida doctrina in ipsis conspicua commendantur. In particula tertia Bredowium et Emmerlingium potissimum respexit editor.

N. Kindlinger Versuch einer Erklärung dessen, was Tacitus Germ. cap. 24. et 25. von der Spielsucht der Deutschen, von ihren Knechten und Freygelassenen sagt. Tremon. 1799. 8. (2 Gr.)

Christoph. Rommel (Prof. eloqu. Marburg.) Progr. *De Taciti descriptione Germanorum.* Marburg. 1805. 4.

Varia virorum nonnullorum doctorum somnia de consilio, quod in conscribendo libello suo secutus sit Tacitus, diligenter excussit, argumentisque refutavit auctor. Quod de fontibus, e quibus hauserit Tacitus, dictum est, id minus accurate et circumscripte videtur disputatum. Qui solidiora cupiunt, eos ablegamus ad b. *Meierottonis* Programma, ab *Harlesio* Suppl. Vol. II. p. 54. notatum.

P. F. Boost Ausstellung einiger historischen Stücke des C. Corn. Tacitus. Francof. ad M. (Lips. ap. Feind.) 1804. 8. (14 Gr.)

Locos illustres e Taciti libris selectos *gallice* vertit notisque illustravit *N. S. Anquetil: Extraits de Tacite, avec des remarques sur plusieurs passages du texte par N. S. Anquetil* (ancien instituteur). Paris. ap. Nicolle. 1812. 12.

Ad §. 20.

C. Plinius Caecilius Secundus junior.

Ad pag. 415. lin. 5.

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum libri X. Recensuit notisque illustravit Gottlieb Erdmann Gierig (Prof. quond. Gymn. Fuld.). Lips. ap. Schwickert. 1800—2. maj. 8. II Tom. (3 Thlr. 12 Gr.)

In prolegomenis de disciplina vitae condiendae, quam Plinii epistolae proponunt, disputatur. Ad meliorem epistolarum intelligentiam tabulam chronologicam earum rerum, quas teneri potissimum ab illarum lectoribus opus est, subjecit editor, in qua adornanda Jo. Massonum (in vita Plinii Amstel. 1709. 8.) prae ceteris secutus est. Addita quoque est notitia literaria. Quod ad pretium hujus editionis attinet, minime negandum est, verborum contextum summa cura et diligentia ab editore esse critice tractatum, atque, quantum fieri potuerit, emendate constitutum. Neque non ab interpretatione commendanda est haec editio, quamquam quorundam locorum explicatio ratione non satis probata niti videtur.

In usum collectionis Scriptorum latin. classicorum, a cl. *Eichstadio* inchoatae, novam Plinii Epistolarum et Panegyrici editionem adornavit b. *Gierig*, s. t.:

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolae et Panegyricus, iterum recensuit, prolegomenis, notis, clave instruxit Gottlieb Erdmann Gierig. Lips. ap. Goeschen. 1806. 8. II Tom. (1 Thlr. 18 Gr.)

In textu recensendo a priori editione majori multimodis discessit, notas pro editionis consilio et ratione modo contraxit, modo aliter constituit, atque in prolegomenis de Plinii vitae conditione, ingenio, moribus et scriptis strictim disputavit. Nitore quidem externo praestat haec editio majori.

Jo. Matth. Gesneri editionem variis doctorum virorum suisque annotationibus auctam repetendam curavit cl. *God. Henr. Schaefer* (Prof. Lips.). Haec est editionis inscriptio:

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolae et Panegyricus, ex recens. et cum adnotat. perpet. Jo. Matth. Gesneri, Jo. Mich. Heusingeri et Jo. Chr. Theoph. Ernesti edidit Godofr. Henr. Schaefer. Lips. ap. Fritsch. 1805. maj. 8. (2 Thlr. 12 Gr.); quae praestantioribus editionibus manualibus annumeranda est.

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum libri X., ad excitandum sanioris praeparationis studium notis instruxit M. Jo. Adam. Schaefer (Conr. Gymn. Onold.) Onold. ap. Gassert. 1807. 8. (1 Thlr.)

Quod consilium in concinnanda hac editione secutus sit auctor, aperte significat libelli inscriptio. Eos videlicet hac editione uti voluit adolescentulos, qui diligenti prae-

paratione domestica ad lectiones scholasticas sese accingere solerent. Habet sane haec editio multum boni; num vero mira ejus et prorsus singulari institutione (saepius enim verba apparent abrupte atque syllabatim posita) editoris consilio recte satisfieri possit, nos quidem valde addubitamus.

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolae et Panegyricus. Edit. IV. Hal. in libr. Orphan. 1812. 8. (8 Gr.)

C. Plinii Caecilii Secundi Panegyricus, in usum scholarum editus est ab *A. Winding-Brorson.* Francof. ap. Varrentrapp. 1807. 8. (6 Gr.)

Nihil habet haec editio, quo prae ceteris emineat.

Ad pag. 417. lin. 16.

Diss. de codicis membranacei, C. Plinii Caecilii Secundi epistolas olim complexi, fragmento, in bibliotheca Lycei Annaemontani reperto, scripsit *Jo. Theoph. Kreyssig* (Lyc. Annaemont. tum temp. adhuc Rect.) Lips. ap. Barth. 1812. 4 maj. (12 Gr.)

In libri veteris involucro membranaceo detexit editor fragmentum epistolae XI. et XII. libri II. epp. Plinii, venuste in utraque membranae parte scriptum. Codices membranaceos ad librorum ligaturas adhiberi, saeculo XVI. et XVII. solenne fuisse, nota res est, atque nos jam supra, injecta fragmenti cujusdam Liviani, a Kreyssigio eodem modo

[illegible] L. senectute.

[illegible] here [illegible].
[illegible] lectiones, quas in
[illegible] editor, cum opti-
[illegible] consentiunt,
[illegible]

[illegible]

[illegible] perse-
[illegible] inde a
[illegible] copiose
[illegible] Tom. II

[illegible]

[illegible]

parvo numero earum annumeranda videtur, quae exemplo esse possint, quomodo veterum auctorum scripta nostra lingua fide atque eleganter, salvo tamen vernaculae ingenio, exprimi possint.

Plinius neu aufgefundener Panegyricus auf Trajan, übersetzt von Vitt. Alfieri da Asti. Aus dem Italien. Norimb. ap. Riegel. 1813. 8. (10 Gr.)

Ad §. 22.

L. Annaeus Florus.

Ad pag. 427. lin. 4.

L. Annaei Flori Epitomen rerum Romanarum in usum juventutis scholasticae edidit *Franc. Nic. Titze*, in collectione hujus inscriptionis:

Bibliotheca latina classica, tomis octo complectens Auctores Romanos veteres prosaicos et poeticos, juvenili potissimum lectioni accommodatos, partim integros, partim excerptos et serie certa ordinatos. In commodum studiosae juventutis adornavit, textum auctorum recognovit, introductiones singulis praemisit, notas criticas ad calcem adjecit Franc. Nic. Titze (AA. LL. et Philos. Dr., Historiae in C. R. Univ. Prag. P. P. O., Regni Bohem. Historiograph.) Lipsiae ap. Eurich. 1804. 8. *Tom.* I. (*Florum* complectens).

Ejusd. Commentatio de epitomes rerum Roman., quae sub nomine L. Annaei Flori

s. Senecae fertur, aetate probabili, vero auctore, operis antiqua forma. ibid. ap. eund. 1804. 8. (16 Gr.)

Ad pag. 427. sect. 6.

Versio germanica cum notis B. Francof. ad M. ap. Hermann. 1789. 8., quae satis quidem fida, at stylo plerumque minus emendato, verboso ac rigido confecta est, secundum ephemerides Erlangens. non *Bertrandum*, sed *Frid. Anton. Franz* habet auctorem.

Novissima versio est: *L. Annaeus Florus Entwurf röm. Begebenheiten, übersetzt und mit Anmerk. von Dr. J. Schallgruber.* Vindob. ap. Doll. 1805. 8. (18 Gr.)

Ad §. 23.

C. Suetonius Tranquillus.

Ad pag. 433. lin. 9.

Bipontina editio repetita est Argentor. 1800. maj. 8. (1 Thlr. 18 Gr.)

Adolescentibus antiquarum literarum studiosis commendanda est editio *Jo. Henr. Bremi* (Prof. Turic.):

C. Suetonii Tranquilli vitae XII. Imperatorum, erläutert von Joh. Heinr. Bremi. Turici ap. Ziegler. 1800. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.)

In contextu recensendo compluribus locis discessit ab Ernestio, suasque ipsius secutus est rationes. In observationibus, germanice scriptis, plura quidem repetiit a superioribus interpretibus jam annotata, nusquam tamen

non suo judicio usus est, aliorumque errores correxit. Neque tamen diffitendum est, editorem ipsum in locis nonnullis interpretandis errasse, quos ab eo in altera editione, quae utilissimo libro certissime continget, emendatum iri, non dubium esse potest.

Ernestinam editionem retractavit excellenterque emendavit et auxit cl. *Frid. Aug. Wolfius:*

C. Suetonii Tranquilli Opera. Textu ad Codd. Mss. recognito, cum Jo. Aug. Ernestii animadversionibus, nova cura auctis emendatisque, et Isaaci Casauboni commentario edidit Frid. Aug. Wolfius. Insunt reliquiae monumenti Ancyrani et Fastorum Praenestinorum. Lips. ap. Fritsch. 1802. maj. 8. IV Vol. (6 Thlr)

Textum innumeris locis diffinxit novus editor, licet recensionem plane novam instituere ab ejus consilio fuerit alienum. Ceterum duobus codd. mss., e bibliotheca Guelpherbytana ad eum missis, atque duorum codd. Bernensium collationibus usus est; in libris de Grammaticis et Rhetoribus collationem codicis Colbertini inspexit. Praeterea excerpta quoque e Ruhnkenii praelectionibus in quatuor Caesares priores contulit. Quod ad notas attinet, cl. editor Ernestii animadversiones partim tacite correxit, partim paucis adjectis verbis explicatiores reddidit, partim additis iis, quae ad rectius intelligendum verborum contextum maxime necessaria vide-

rentur, insigniter praeclareque auxit. Voluminibus duobus prioribus praeter duodecim Caesares, Ernestii et Wolfii notis instructos, et Ernestii excursus, a novo editore brevi plerumque epicrisi donatos, continentur varietas lectionis in editione Gryphiana a. 1559. manu docti viri notata, et monumentum Ancyranum cum Casauboni et Chishulli animadversionibus. Volumen tertium complectitur libr. de illustribus Grammaticis et declaris Rhetoribus, excerpta vitarum Terentii etc., cum Ernestii et Wolfii notis, et dimidium fere Casauboni commentarium, quem Volumen quartum exhibet absolutum. Additae sunt Reliquiae Fastorum Praenestinorum, cum selectis Fr. Foggini notis.

C. Suetonii Tranquilli Opera, in usum scholarum. Halae in libr. Orph. 1801. 8. (7 Gr.) Solus textus, satis emendate typis exscriptus.

C. Suetonii Tranquilli Vitae XII. Caesarum. Editio usui scholarum accommodata. Darmstad. ap. Heyer. 1810. 8. (20 Gr.)

C. Suetonii Tranquilli Opera, textu ad praestantissimas editiones recognito, continuo commentario illustravit, clavem Suetonianam adjecit Detl. Car. Guil. Baumgarten-Crusius. Lips. ap. Gerh. Fleischer. jun. 1816. maj. 8. Vol. I. II. (4 Thlr. 12 Gr.)

C. Suetonii Tranquilli C. Julius Caesar et Caesar Octavianus Augustus, in usum scholarum. Posnan. ap. Kühn. 1809. maj. 8. (8 Gr.)

Loca obscena recisa sunt. Textus e Wolfiana potissimum editione expressus est.

Ad pag. 433. lin. 19.

Novissimam Suetonii versionem germanicam cum annotationibus edidit *J. P. Ostertag.* Francof. ad M. ap. Hermann. 1788—89. 8. II Vol. (1 Thlr. 11 Gr.), quae praestat Wagnerianae.

Ad pag. 434. lin. 15.

Cl. *Frid. Aug. Wolfium,* cum adhuc academiae Halensis esset decus et ornamentum, praemittere solere memini catalogis lectionum academiae prolusiones; in quibus inter alia varios quoque *Suetonii* locos obscuriores critice pertractaret et illustraret. Hae prolusiones collectae atque junctim editae sunt laudabili atque imitando studio *Frid. Manitii* in: *Collectione tractationum diversi argumenti, quas ex catalogis lectionum Academiae Halensis recepit, ordinavit et in unum corpus redegit* etc. Hal. ap. Hendel. 1801. maj. 8. (10 Gr.), et in alia collectione pleniore hujus inscriptionis: *Frid. Aug. Wolfii Miscellanea, maximam partem literaria.* Hal. in libr. Renger. 1802. 8. (1 Thlr. 12 Gr.), quae hoc quoque titulo est ornata: *Frid. Aug. Wolf's vermischte Schriften und Aufsätze in deutscher und latein. Sprache.*

Docta commentatio est: *Suetonius, Dio Cassius, Josephus et Philo in imperio C. Cali-*

gulae invicem et cum aliis comparati. Diss. inaug. Auct. *B. Thorlacio.* Hafn. 1796. 4.

G. H. Walther Observationes ad C. Suetonii Tranquilli vitas Caesarum, quibus varias virorum doctorum emendationes et interpretationes denuo excussit atque examinavit. Torgav. (Lips. in Vogel. comm.) 1813. maj. 8. (4 Gr.)

CAPUT VI.

DE POETIS HUJUS AETATIS.

Ad §. 1.

PHAEDRUS.

Ad pag. 440. lin. 6.

Phaedri, Augusti liberti, Fabulae Aesopiae. Mit Anmerk. und einem vollständ. Register, worin alle vorkommende Wörter erläutert werden. Für Schulen herausgegeben von Lud. Heinr. Jacob. Hal. ap. Hemmerde. 1785. maj. 8. (8 Gr.) Hanc editionem redintegravit M. *Guil. Lange* (in praes. Prof. extraord. acad. Hal.), *Jacobi* annotationibus insigniter auctis, additoque observationum criticarum periculo. ib. 1799. 8. (8 Gr.), quae scholis in primis commendanda est.

Phaedri fabulae Aesopiae, mit e. deutschlat. Wörterbuche z. Gebrauch der Schulen, von J. G. Müchler (Prof. Berol.). Berol. ap. Eisfeld. 1786. 8. (4 Gr.)

Phaedri, Augusti liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V., cum notis et emendationibus Franc. Jos. Desbillons, ex ejus commentario pleniore desumtis. Manhem. in libr. aul. et acad. 1786. 8.

Editor textum ex duobus potissimum codd. mss., Pithoeano et Remensi aliisque subsidiis criticis emendavit. Prudenter institutus est notarum delectus, quae multum faciunt ad rectius intelligendum poetam. In tribus prolusionibus disputatur de vita, fabulis et editionibus Phaedri.

Phaedri, Augusti liberti, Fabulae. Ex recens. P. Burmanni cum notis selectioribus. Editio novissima et ex omnibus partibus quam pulcherrima. Venet. 1787. 8. c. fig. aeri incisis.

Phaedri Fabulae selectae. Mit Anmerk. u. einem vollständ. Wortregister für Schulen (auct. *Car. Henr. Joerdens*). Berol. ap. Petit et Schoene. 1788. 8.

Phaedri, Augusti liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V., in usum scholarum adspersis notulis editi, ex recens. P. Burmanni (auct. *Car. Henr. Tzschucke*) Misen. ap. Erbstein. 1790. 12. — *Inest quoque collectioni Auctorum latin. minor., in usum scholar. additis notis editorum.* Tom. I.

Notae, quae justo nonnunquam parcius adspersae sunt, sensum verborum egregie illustrant orationisque virtutes et vitia enucleant. Passim variae quoque lectiones annotatae sunt.

Scholarum usui aptae sunt: *Ausgesuchte Fabeln aus dem Phaedrus, zum Gebrauch auf Schulen ausgewählt von Joach. Heinr. Campe. Herausgegeben von Joh. Heinr.*

Aug. Schulze. Brunsv. in libr. schol. 1791. 8. Huc pertinent: *Erklärende Anmerk. zu den, zum Gebrauch auf Schulen ausgewählten Fabeln aus dem Phaedrus, von Joh. Heinr. Aug. Schulze.* ib. eod. 8. Selectae sunt fabulae LIX.

Die Fabeln des Phaedrus, latein. und französ., mit einer Vorrede von M. Martin Fried. Soergel (Rect. schol. Einbeck.) Cassel. ap. Griesbach. 1795. 8. (8 Gr.)

Est editio anni 1771, a novo libelli redemtore novo tituli folio velut redintegrata. Ceterum textus expressus est ad Tanaquilli Fabri editionem. Adjecta quoque est, minus tamen plena et accurata, varietas lectionis. Auctor versionis gallicae est *Robert. Prevost.*

Phaedri, Aug. Liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V., ad exemplar Burmannianum recensuit suasque adnotationes adjecit Jo. Mich. Heusinger. Edit. tertia, prioribus accuratior, et appendice Fabb. Aesop. P. Burmanni aucta. Isenac. ap. Wittekind. 1800. 8. (3 Gr.)

Phaedri, Aug. Liberti, Fabulae, in usum scholarum gallicarum edidit Boinvilliers. Paris. 1800. 8.

Fabulas eo ordine disposuit, ut a faciliori-bus ad difficiliores progressus, earum lectionem juvenili aetati aptiorem redderet. Lubricas fabulas succidit.

Phaedri Fabulae Aesopiae, zum Behuf der Schulen und der eignen Lectüre herausgegeben, und mit deutschen Anmerk., auch mit einem Wörterbuch begleitet von Alb. Christ. Meineke (Direct. schol. Osterod.) Lemgov. ap. Meyer. 1801. 8. (12 Gr.) Vocabularium separatim quoque venale est.

Textus est Bipontinus; notae, quae sensum verbaque poetae illustrant, puerili aetati sunt aptae.

Phaedri, Aug. Liberti, Fabulae Aesopiae, ad opt. editiones collatae juventumque institutioni accommodatae, quibus appendix tripartita Fabularum Aviani et Anonymorum veterum addita est, studio et cura Joann. Joach. Bellermanni (Theol. et Philos. P. P. O., Gymn. Erford. Dir., in praes. Prof. Berol.) Erford. ap. Müller. 1802. 8. (3 Gr.)

In textu constituendo maximam partem secutus est editionem Bipontinam, in pluribus tamen locis vel Burmannianam, vel Heusingerianam, vel Schwabianam recensionem praetulit. Animadversionibus omnino caret libellus. Aliquot fabulas, quarum lectio nocere posset juvenili innocentiae, praetermisit. In appendice tripartita exhibuit primo loco quinque fabulas Romuli, a *Gudio* e cod. Divionensi descriptas, et senariis numeris a Gudio, non a Petro Burmanno, redditas; tum XVI. fabulas ex Rithicio, Anonymo et Romulo Nilantii, quas Burman-

nus in metrum jambicum redegit; denique sex fabulas Aviani.

Phaedri, Aug. Liberti, Fabularum Aesopiarum libri V., mit gramm. und erklär. Anmerkungen (a *Christ. Henr. Paufler*, in praes. Rect. schol. ad S. Cruc. Dresd.) Lips. ap. Rabenhorst. 1802. maj. 8. (1 Thlr.)

Textus est Burmannianus et notis velut inundatus. Editoris fabulas Phaedri commentandi ratio similis est ei, quam supra, ejus editionem Cornelii Nepotis indicantes, descripsimus. In eo tamen differt quodammodo haec Phaedri editio ab illa Nepotis, quod in Phaedro observationum, in quibus res eaeque saepius tritissimae molesta cum prolixitate illustrantur, numerus multo major est, quam in Nepote. Permultum bonae frugis his notis inesse, minime infitiamur; enimvero quotusquisque est nostrorum adolescentulorum, cui illud ex tanta notarum farragine excutiendi animus sit ac lubido?

Phaedri, Aug. Liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V. Publii Syri aliorumque Veterum Sententiae, cum notis integris Rich. Bentleji, selectis aliorum, quibus et suas addidit Frid. Henr. Bothe (Prof. Berol.) Lips. ap. E. B. Schwickert. 1803. maj. 8. (12 Gr.)

Textum plane novum constituit, receptis partim Bentleji emendationibus, partim aliorum suisque ipsius conjecturis. Quo factum est, ut textus non quidem indecorum, at alienum tamen induceret habitum. Bentleji

emendationes, ingeniosas illas quidem et elegantes, ubivis fere temere atque nulla coactus necessitate arripuit editor. Ex iis conjecturis, quibus aliquot locis corruptis medendi editor ipse periculum fecit, complures sunt ingeniosissimae; aliae vero ex nimia emendandi lubidin evidentur profectae.

Phaedri, Augusti liberti, Fabularum Aesopiarum libri V., ad codd. mss. et optimas editiones recognovit, varietatem lectionis et commentarium perpetuum adjecit Jo. Gottlob Sam. Schwabe (Gymn. ill. Vilmar. Conr.). *Accedunt Romuli Fabularum Aesopiarum Libri IV., ad cod. Divionensem et perantiquam editionem Ulmensem nunc primum emendati et notis illustrati. Cum tabulis aevi incisis.* Brunsvigae, sumtu Frid. Viewegii 1806. maj. 8. II Vol. (3 Thlr. 8 Gr.)

Quod primum ad textus tractationem attinet criticam, in eo probi sobriique critici officio perfunctus est editor, quod primarium ejus erat studium, textum in verum antiquumque, quantum fieri posset, statum restituendi, vulgatamque lectionem nonnisi codicum mss. auctoritate, aut, ei quidem haec deficeret, atque emendatione opus esset, facili probabilique conjectura immutandi. Variantes autem lectiones variaeque doctorum virorum emendationes et conjecturae diligenter notantur atque dijudicantur in notis criticis, textui et commentario perpetuo commode interpositis. Quae prolixius essent

excutienda, ea rejecit editor in excursus, utriusque voluminis calci annexos. In commentario perpetuo Phaedrus praeclare illustratur. Editor non optimos solum consuluit interpretes eorumque saepius verba apposuit, sed etiam permulta de suis addidit, ita ut vix supersit, quod desideretur. Inprimis latinitatem etiam Phaedri respexit, eamque vindicare plerumque a quorundam obtrectatione studuit. Nec non de eo, quod pulchrum est in Phaedri fabulis, sententiam suam significavit. In efferendis tamen fabularum Phaedri virtutibus laudandaque orationis ejus elegantia nimius esse videtur. Grata et utilis est variarum veterum recentiorumque fabularum cum Phaedri fabulis comparatio, qua adolescentium ingenia ad recte aestimandam singularum dignitatem egregie possunt exacui. Difficilioribus intellectu locis in juventutis gratiam adjecit nonnunquam versionem germanicam, modo *Gerickii*, modo *Sattleri*, modo suam ipsius apponens. De variis rebus, ad historiam, antiquitatum doctrinam, rem literariam, locorumque difficilium interpretationem pertinentibus uberius disseruit in excursibus. Post aestimatam interiorem editionis hujus praestantissimae dignitatem, quaedam adhuc de ordine, quo exhibeantur ejus dotes, hic adjicere lubet. Praefationem excipit 1) Explicatio brevis tabularum aere sculptarum. Sequitur 2) Vita Phaedri ex Phaedro, auctore *L. G. S. Solvaebe*.

versibus jambicis expressarum. Ingenium illud, quod notulis suis acui voluit editor, conjectandi facultas esse videtur; appositae enim sunt per totum libellum integrorum vocabulorum loco singulae literae, quarum significatio et sensus saepius nonnisi difficili negotio divinari potest. Siccine Phaedro legendo puerorum ingenia sunt acuenda?

Phaedri Fabulae Aesopiae. Accedit appendix fabularum a recentioribus apologorum auctoribus compositarum. Darmstad. et Giess. ap. Heyer. 1807. 8. (9 Gr.)

Satis correcta est editio, ab omni insuper, quod nocere possit morum integritati, expurgata. Prologos et epilogos omisit editor. Unicuique fabulae brevis aptaque sententia latina superposita est. Fabularum recentiorum delectus prudenter est institutus.

Phaedri Fabularum Aesopiarum Libri V. et novarum fabularum appendix. Ad usum scholarum. Hannover. ap. fratr. Hahn. 1809. 8. (2 Gr.)

Phaedri Fabularum Aesopiarum Libri V. cum appendice fabularum. Mit Anmerk. und einem vollständ. Wortregister für Schulen. Herausgegeben von Prof. K. F. Aug. Brohm. Berol. ap. Schoene 1811. 8. (8 Gr.)

In textu constituendo non prease semper vulgatam secutus est recensionem, sed Bentleji passim praetulit emendationes. Ex annotationibus, quae editionis consilio conveniunt, nonnullae prosodiam spectant; nec non in vocabulario in quibusdam vocibus

quantitas syllabarum notata est. Lubricae fabulae merito omissae sunt.

Memorandae hoc loco sunt XXXII. illae Phaedri fabulae, quas e Ms. *Nic. Perotti*, tanquam noviter detectas, evulgarunt *J. A. Casitti* et *Cataldo Gianelli*. Fata illarum in usum juvenum literarum antiquarum studiosorum, qui talia perdiscere avent, breviter narrare lubet.

Nicolaus Perottus (ex anno 1458 archiepiscopus Sipontinus) varias variorum auctorum fabulas Aesopias, cum suis ipsius permixtas, in unum codicem congesserat, atque ad *Pyrrhum Perottum*, fratris filium, sub titulo miserat: *Nic. Perotti Epitome fabularum Aesopi, Avieni et Phaedri, ad Pyrrhum Perottum, fratris filium, adolescentem suavissimum.* Hunc codicem, qui postremo in bibliothecam regiam Neapolitanam commigraverat, repererat *Jac. Phil. Dorville*, mutilatum illum et vetustate temporisque injuria corruptum. Penitius inspecto codice, triginta fere deprehendit fabulas ignotas, a Perotto cum aliis ex Phaedro descriptas. Has rescripsit Dorvillius atque cum Burmanno communicavit, qui quidem a se impetrare non potuit, ut has fabulas genuinas censeret (vide ejus praef. ad major. edit. suam a. 1727. 4.). Interea doctorum hominum oculis se subduxerat hoc Dorvillii antigraphum, hujus atque Burmanni observationibus instructum, et oblivione quasi videbatur deletum, donec cel. *de Dietz*, a legationum consiliis, illud inter *Santenii*, ut fama fert, relictam supellectilem

librariam deprehenderet emtumque cum cl. *Ferd. Handio* (Prof. Vimar.) communicaret, a quo illud cl. *Eichstadius* (Prof. Ienens.) accepit, qui primus in Germania has fabulas edidit, ut infra indicabimus. Nihilominus tamen *Cassitti*, qui has fabulas e codice illo Perotti, in bibliotheca regia Neapolitana reperto, primum in Italia edidit (Neapoli scilicet 1808., cujus editionis non plus quam quinquaginta exemplaria erant divulgata), se unicum earum praedicavit inventorem. Anno 1811. alteram earum in lucem emisit editionem centum exemplarium, una plagula formae maximae absolutam, addita ad exteros criticos epistola, qua ad examinandas illas eos provocabat. Qui cum in addubitanda harum fabellarum vera et antiqua origine praeter Cassittii opinionem fere omnes consensissent, hic eodem ipso anno tertiam adornavit editionem in octonis, adjecta mantissa quadam, in qua partim varias exhibuit illarum emendationes, partim antiquitatem fabularum argumentis evincere conatus est. Eodem anno (1811.) prodiit editio *Janellii*, qui et ipse, has fabulas a se esse inventas, jactat, s. t.: *Codex Perottinus Ms. Regiae bibliothecae Neapolitanae, duas et triginta fabulas, jam notas, totidem novas, sed et triginta Avieni vulgatas, et ipsius Perotti carmina inedita continens, digestus et editus a Cataldo Janellio.*

Sequitur, ut eas nuncupemus editiones, in quibus novae hae, quae feruntur, Phaedri fabulae

juxta *Cassitii* et *Janellii* editiones sint expressae.

Noviter detectae Phaedri fabulae triginta. E Ms. bibliothecae Regiae Neapolitanae codice nuperrime editae; ad commodiorem lectitantium usum hanc in formam recusae. Stuttg. et Tubing. ap. Cottam 1812. 8. (6 Gr.)

Editor, qui cl. *Hager* (Bibl. Papiens. Praefect.) esse dicitur, has duas et triginta fabulas duabus minuit, sexta scilicet editionis Neapolitanae vicesimae quartae tanquam prologo praefixa, secunda autem tanquam epilogo ad calcem rejecta. Emendationes et supplementa editorum Neapolitanorum pro lubitu modo recepta modo neglecta sunt. Praeterea haec supplementa literarum formis erant distinguenda. Ceterum excerpta e Cassitii et Janellii observationibus exhibet haec editio. Antiquitas harum fabularum paucis iisque valde futilibus argumentis demonstratur.

Phaedri fabulae novae et veteres; novae, juxta collatas J. A. Cassitti et Cataldi Janellii editiones, Neapoli nuper emissas, cum selectis ex utriusque commentario notis; veteres, juxta accuratissimam editionem Bipontinam, cum selectis doctissimi viri Schwabe ex commentario notis. Ex typis Leblanc. Paris. ap. H. Nicolle 1812. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

Haud ita magni momenti est haec editio; textus Bipontinam pressius exhibet recensionem, notaeque solis destinatae sunt ironi-

bus. Cassittii et Janellii commentarios in novas fabulas hic itidem habemus contractos. Majorem, quam auctor editionis Tubingensis, curam impendit hujus editionis auctor disquisitioni de antiquitate harum fabularum instituendae; neque tamen vel suis argumentis cuiquam, qui libero adhuc sanoque et acuto judicio est, persuadebit, ut blanda specie se decipi patiatur. Cum videlicet verisimillimum sit, ipsum Perottum has fabulas composuisse, quippe qui in hoc fabulas fingendi studio ac negotio a prima inde adolescentia usque ad provectiorem aetatem omnem collocasset operam, editor ab hoc potissimum crimine fabulas vindicare studet. Quod primo loco posuit argumentum, Perottum minime esse posse harum fabularum auctorem, cum, excellentioribus aliquot ejusdem aevi testibus, ipsi defuerit tale ingenium: haud facile convincet eum, qui veram harum fabularum perpenderit dignitatem, ad quas scilicet pangendas haud ita excellenti opus erat ingenio. Quod altero loco exhibuit argumentum, verba nimirum ipsa Perotti in praef. ad Pyrrhum, opusculo fabularum praefixa, quibus se minime harum fabularum esse auctorem affirmat:

Non sunt hi mei, quos putas, versiculi,
Sed Aesopi sunt et Avieni et Phaedri,
Quos collegi, ut essent, Pyrrhe, utiles tibi.

perlevis sane momenti est. Namque ex his Perotti verbis nil nisi ipsum has fabellas pro

antiquis *haberi* voluisse sequitur. Quis est, qui nesciat, illa aetate, praesertim in Italia, sua pro antiquis, forte fortuna detectis, ferre solenne fuisse. Sed absit quidem, ut talis malignae fraudationis crimine Perotti fidem infamemus, nonne vero antiquas Phaedri fabulas nunc deperditas, interpositis suis pro suo consilio versiculis adeo interpolasse et diffinxisse potest, ut cum Phaedriani ingenii vestigiis habitum quoque antiquum exuerint? Hunc enim, veterum auctorum opera pro lubitu suo compilandi, interpolandi atque in novas velut formas mutandi morem fuisse Perotti constat (cfr. *Schwabius* in Vol. I. p. 36.), et quodammodo patere videtur ex ejus verbis, in carmine ad Pyrrhum, supra laudato, paulo post initium obviis:

Quas edidissent viri docti fabulas,
Honori et meritis dicavi illas tuis,
Saepe versiculos interponens meos,
Quaedam tuis quasi insidias auribus.

unde apertissime saltem apparet, Perottum suos versus absque auctoris nota veterum poematiis de industria immixtos proposuisse, ut scilicet lectores falleret. Nonne igitur ex duabus et triginta illis fabulis una vel altera majorem certe partem esse potest Phaedri, reliquae vero plus vel minus a Perotto interpolatae atque depravatae? — Tertium editoris est argumentum, deprehendi in his fabulis ingenium Phaedri, venustatem et acumen. Haec usquequaque in illis desiderat

cl. *Eichstadius* in editione mox laudanda, atque liceat nobis brevitatis studiosis, ad tanti viri in hac re auctoritatem provocasse. — Nota denique res est, *Romulum* quendam latinas suae aetatis fabulas pedestri oratione expressisse, quod opus in codice Divionensi servatum atque Schwabianae quoque editioni recentiori adjunctum est. „*Ipsis autem*, quarto loco inquit editor, *Romuli fabulis insertae veteres quoque Phaedri fabulae reperiuntur, sed plures numero, quarum exempla periere. Attamen inter fabulas nuper editas, quae Phadro adscribuntur, sex numero recensentur, quae, cum eaedem sint, ac fabulae Romuli, licet verbis discrepent, ut verum et genuinum illarum exemplar sine dubio habendae sunt.*" Ex hac ipsa fabularum nuper detectarum cum Romuli fabulis similitudine primum statim spuriae originis illarum argumentum petiit cl. *Eichstadius*; namque demonstrari posse contendit, haud paucas novarum istarum fabularum ex iis petitas esse fabulis, quas Romulus ille, Rimicius aliique medii aevi scriptores semibarbari pedestri oratione concinnaverint, atque has ipsas fabulas pedestres non una ratione praestare adeo Perottinis istis. Sed jam tempus est, ut ipsam earum editionem, a viro clarissimo adornatam, annotemus:

Phaedri, quae feruntur, Fabulae XXXII., in Italia nuper repertae, nunc primum in

Germania editae (ab *Henr. Car. Abr. Eichstaedt*), *adjunctis Dorvillii et Burmanni emendationibus.* Jenae 1812. f. (tres plag.)

Fabularum contextus ex Cassittii editione accurate est descriptus, notata aeque diligenter antigraphi Dorvilliani lectionis diversitate, adjunctisque aliis animadversionibus criticis. Cl. *Eichstadium* has fabulas spurias censere, jam supra significavimus; dicendi genus ab aetate Phaedri nimis alienum esse monet; auctorem illarum sectari vocabula Terentiana; plures harum fabularum esse jejunas et miseras, neque veras, quas habeamus, Phaedri fabulas aequiparare; saepius etiam in iis contra metri leges esse peccatum; Perottum autem neque metri, neque omnino sermonis vere latini valde fuisse gnarum, jam ex ea, quam codici praefixit, praefatione poetica apparere arbitramur. Ceterum hujus editionis Eichstadianae cum Tubingensi collationem vide in *Actis Seminar. philol. Lips.* II. 1. 213 sqq., ubi plura de his fabulis disputantur.

Phaedri, Augusti liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V., cum appendice. In commodum studiosae juventutis recognovit, introductionem de auctoris vita, scriptis et usu agentem, nec non Joach. Camerarii libellum de vita Aesopi praemisit, notas criticas et aestheticas ad calcem adjecit Franc. Nicol. Titze (AA. L. L. et Philos. Dr., Hist. in C.

R. Univ. Prag, P. P. O., Regni Bohem. Historiogr.). Pragae ap. Widtmann. 1813. 8, Etiam sub titulo:

Bibliotheca latina classica, tomis octo complectens Auctores Romanos veteres, prosaicos et poeticos, juvenili potissimum lectioni accommodatos, partim integros, partim excerptos et serie certa ordinatos. In commodum studiosae juventutis adornavit, textum auctorum recognovit, introductiones singulis praemisit, notas criticas ad calcem adjecit etc. *Tomus II.* (Corn. Nepotem et Phaedrum complectens) [1 Thlr. 8 Gr.]

Textus, si quidem summam respexeris, est Burmannianus, passim tamen ab editore probabiliter emendatus. Notae, quae pro consilio hujus Bibliothecae lat. classicae nonnisi criticae esse debebant, tamen in fabularum nonnunquam argumentum, consilium acpretium inquirunt, atque Lessingii potissimum aliorumque recentiorum sententias interdum in dubium vocant. Introductio, quae de Phaedri vita, scriptis et usu agit, habet quaedam singularia, quae doctrinam accuratumque hujus poetae studium probant. E libro secundo et quinto plures excidisse fabulas arbitratur vir doctus. His deperditis accenset quinque illas, quas e Ms. Divionensi descripsit Gudius atque Burmannus publicavit, quasque editor etiam recepit. De novis istis duabus et triginta fabulis nuper repertis nondum compertum habebat. Unicam, quae inscribitur

Prometheus et Dolus, fabulam Phaedro non indignam censuit ceterisque adjunxit.

Phaedri Fabularum Libri V. et novarum fabularum ex Ms. Divionensi Appendices duae. Norimb. ap. Riegel. 1815. 8. (3 Gr.)

Complures Phaedri fabulae receptae sunt in Collectionem utilem gratamque:

Lateinische Fabellese aus alten und neuen Fabeldichtern gesammelt, und mit einem vollständ. Wortregister f. Schulen herausgegeben von Fr. Chr. Wittkugel (Conr. schol. Bückeburg.). Hannover. ap. fratr. Hahn. 1807. 8. (10 Gr.)

Fabulae sunt selectae ex Horatio, Phaedro, Aviano, Franc. Amulio, Anonymo, J. B. Arrigonio, L. Gorecio, G. Faërno, M. A. Fiducio, L. Lossio, Pantaleone Candido, C. F. Paullinio, Sabino, P. Burmanno, Christio et Desbillone. Epimythia omisit editor, quo magis adolescentium ingenia colligendo ex fabulis morum praecepto acuerentur. In notulis substratis juventus crebro ad Broederi Grammaticam ablegatur.

Ad pag. 440. sect. 6.

Scriptis Phaedrum illustrantibus addenda sunt:

Gottl. Bened. Schirachii Clavis poetarum classicorum Pars prior, s. Index philologico-criticus in Horatium, Terentium et Phaedrum. Hal. in Orphan. 1768. 8.

Th. J. A. Schützii Observat. crit. in Phaedrum. Laub. 1770. 8.

(*Franc. Hare*) *Epistola critica ad eruditissimum virum H. B. S. E. I.* (h. e. *H. Bland*, Scholae Etonensis Instructorem), *in qua omnes doctissimi Bentleji in Phaedrum notae atque emendationes expenduntur.* Londin. ap. Tonson et Watts. 1726. 4. recus. in edit. Burmann. Lugd. Bat. ap. Luchtmanns, 1727. 4.

Antiquitatem fabularum Phaedri, praeter Christium, impugnavit easque Nic. Perotto assignare studuit *P. Steph. Marcheselli*, Italus in Disp. italice scripta, *de Collectione Vet. Lat Poet. Pisaurensi*, quae exstat in *Nuova Raccolta d'Opusculi scientifici e filologici* T. XXIII. Ven. 1772. 12. Cfr. cl. *Schwabe* Disp. *de Phaedro antiquitatis scriptore*, in ejus Phaedri edit. recent. V. I. p. 204.

De fide Fabularum Phaedri quaedam disputavit *Frid. Hülsemannus* (Direct. schol. Osterod. ad Hercyniam) in libello: *De codice Fabularum Aviani Lunensi, nunc primum collato.* Gotting. ap. Dankwerts. 1807. maj. 8. (4 Gr.)

Lexicon Phaedrianum, oder lateinisch-deutsches Wörterbuch über des Phaedrus aesopische Fabeln, nebst der Erklärung der darin vorkommenden antiquar., histor., geogr. u. mythol. Articul, wie auch einer kurzen Naturgeschichte derjenigen Thiere, welche in diesen Fabeln eine Rolle spielen, zur deutl. Kenntniſs des Characters derselben, zum vor-

theilhaften Gebrauch der studir. Jugend auf niedern Schulen. Francof. ad M. ap. Reifenstein 1784. maj. 8. (16. Gr.)

Auctorem extra vineas vagatum esse, non est, quod moneam; libelli inscriptio jam sapienti sat est.

Praeter *Euchar. Ferd. Christ. Oertelium* et *Alb. Christ. Meinekium*, quorum ille Norimb. 1798. 8. (12 Gr.), hic Lemgov. 1801. 8. (8 Gr.) edidit *Vocabularium* in Phaedri fabulas, simile opusculum evulgavit *Lud. Hörstel* (Prof. Gymn. Brunsvic.) s. t.:

Grammatisches Lexicon über den Phaedrus, welches bei jeder Fabel die Wörter, syntactischen u. prosod. Regeln nach der gröfsern Grammatik von Broeder, u. erklärende Anmerkungen enthält. Ein Hülfsbuch für den ersten Cursus in der Prosodie. Lips. ap. Dyk. 1808. 8. (10 Gr.)

Quod singula verba secundum fabularum seriem illustrata sunt, id merito displicuit censoribus doctis. Diligentia autem, sive in explanandis vocabulis, sive in notanda syllabarum quantitate citandisque Grammaticae Broederianae regulis, cum syntacticis, tum prosodicis, conspicua laudatur. In introductione pauca de fabula Aesopia, de vita Phaedri, de Phaedri dicendi genere, de metro fabularum Phaedri, et de editionibus, interpretandi auxiliis et versionibus harum fabularum strictim disputantur.

De versionibus germanicis, a b. *Harlesio* indicatis, quaedam annotare lubet.

Pedestri oratione Phaedri fabulas satis bene vertit *Car. Ferd. Schmid* (Prof. Viteberg.) Isenac. ap. Wittekind. 1781. 8. (5 Gr.)

Successit *J. G. Gericke* in: *Phaeders aesop. Fabeln, deutsch in reimfreyen Jamben übersetzt.* Vratisl. ap. Korn. 1785. 8. *ed. II.* plane mutata et emend. prodiit ib. 1788. 8., quae versio a fide magis quam ab orationis simplicitate commendatur.

Pedestris et admodum mediocris est versio *Jo. Dav. Büchlingii* c. notis. Hal. ap. Hendel 1796. maj. 8. (12 Gr.)

Versibus germanicis simili exitu cadentibus Phaedri fabulas expressit, notas et introductionem in lectionem Phaedri subjunxit *Alb. Xav. Weinzierl.* Monach. 1797. 8. Vix placere potest in aliquo poeta vetere verso talis versiculorum μονοτονία.

Versibus jambicis suavissime germanice vertit Phaedri fabulas *Jo. Paul. Sattler* (Prof. quond. et Conr. Gymn. Norimb.) Norimb. ap. Grattenauer. 1798. 12. (8 Gr.) Praemissa est huic versioni, quae ceteris facile palmam praeripit, vita Phaedri secundum Schefferum et Crusium, et *Sulzeri* de fabula Aesopia dissertatio.

A crepida secessit *Jo. Joh. Pracht*, opifex scriniarius Schongav., qui Phaedri fabulas versibus germanicis similiter exeuntibus expressit, addito contextu latino. Norimb. ap. Stein.

1798. 8. (20 Gr.) Misellus est labor, nec fide, nec suavitate commendabilis.

Inter pedestres versiones germanicas eminet *Oerteliana: Des Phaedrus Aesopische Fabeln, prosaisch übersetzt, mit einem antiquar. Wörterbuch erläutert, u. zu einem durchaus faßlichen u. unanstößigen Lesebuch bearbeitet von Dr. Euchar. Ferd. Christ. Oertel.* Onold. ap. Haueisen. 1802. 8. (14 Gr.)

Phaedrus, eines Freygelassenen des Augustus, Aesopische Fabeln, übersetzt von F. Xav. Sperl. Graecii ap. Ferstl in comm. 1808. 8. (8 Gr.)

Neu entdeckte Fabeln des Phaedrus. Aus dem Latein. übersetzt von C. A. v. Gruber. Mit d. lat. Text u. Anmerk. begleitet. Vindob. ap. Gerold. 1815. maj. 12. (6 Gr.)

Gallicis versionibus addimus: *Fables de Phèdre avec la construction du Latin et une Interprétation française litérale et interlinéaire par Wandelaincourt.* Paris. 1804. 12.

Ad §. 2.

A. Persius Flaccus.

Ad pag. 449. lin. 17.

A. Persii Flacci Satirae VI., uno libro comprehensae, ad optimas editiones collatae, cum selecta lectionis varietate et perpetua annotatione. Accedit index uberrimus cum interpretatione. Norimb. ap. Lechner. 1803. 8. (20 Gr.)

Selecta, quae in titulo praedicatur, lectionis varietas nil nisi repetitio lectionum Ms. Ebneri ex editione Sebaldina est. Commentarius res tritas misere explicat.

D. Junii Juvenalis et A. Persii Flacci Satirae, ad optimorum exemplarium fidem recensitae atque prooemio, argumentis et indice rerum instructae a G. L. Koenig. Gotting. ap. Dietrich. 1803. maj. 8. (18 Gr.)

Commentarius perpetuus in A. Persii Flacci Satiras VI. conscriptus a G. L. Koenig. ib. eod. (12 Gr.). — (Commentarium in Juvenalem elaboravit *G. A. Ruperti*, v. Juvenal.)

Pertinet haec editio ad collectionem Scriptorum latin. classic. Ruperti anam, atque ergo satis nota est ejus institutio et consilium. Critica editoris ratio minime placuit doctis harum rerum arbitris; commentarius est minus plenus.

A. Persii Flacci Satirae, ad recensionem Casauboni typis excudi curavit B. Thorlacius (Prof. lingu. lat. ord. in univ. Hafn.) Hafn. ap. Schulz. 1804. 8. (3 Gr.).

Plane caret annotationibus haec editio, alioquin ab elegantia typographica commendabilis.

A. Persii Flacci et D. Jun. Juvenalis Satirae, una cum Lucilii fragmentis. Vindob. ap. Degen. 1804. 8. (51 Kreuz.)

A. Persii Flacci Satyrae, cum paraphrasi teutonica et notis illustrantibus edidit B.

Ortmann. Monach. ap. Lentner, 1807. maj. 8. (11 Gr.) Miserrima editio.

A. Persius Flaccus. Textum recensuit Franc. Passow (Prof. acad. Vratislav.), *in usum praelectionum.* Lips. ap. Fleischer. jun. 1809. maj. 8. (6 Gr.)

Solus textus, a docto editore critice constitutus. De praeclaris editoris in hunc poetam meritis mox dicemus, versionem ejus germanicam recensentes.

A. Persii Flacci Satirae cum commentario editae sunt a *Nic. Lud. Achaintre.* Paris. 1812. 8.

Ad pag. 450. lin. 25.

Persii Satyren, in einer metrischen Uebersetzung, u. mit erläuternden Anmerkungen von Ph. Wilh. Schindler, nach dessen Tode herausgegeben von C. F. Burdach. Lips. in libr. Sommer. 1803. 8. (20 Gr.)

Metro jambico, pariter atque antea *Fülleborn*ius, usus est h. editor, quod per se jam obsistere videtur, quominus verum hujus poetae ingenium versione exprimatur.

A. Persius Flaccus sechs Satiren übersetzt von Joh. Adolph Nasser. Kilon. in libr. acad. 1807. 8. (14 Gr.)

Hexametris versibus usus est interpres, atque tanta quidem fide exemplum suum transtulit, ut singuli versus germanici vel numero latinis respondeant. Nihilominus tamen vel haec versio nequaquam spirat ingenium praeclari poetae. In interpretatione

Königium potissimum secutus est, cujus quoque textus recensionem in calce adjecit.

Aulus Persius Flaccus von Franz Passow. Lips. ap. Fleischer. jun. 1809. maj. 8. Vol. I. (2 Thlr.)

Hoc volumine primo continetur textus latinus cum apposita versione germanica genere hexametro, prolegomenis de vita et scriptis Persii et commentario in Satiram I. Hac editione majori futurae, quae, quidquid boni insit superioribus, in compendium quasi redactum exhibeat, viam munire se velle significavit auctor. Quapropter in praesenti eo maxime animum retulit, ut, quae viderentur obscuriora, breviter illustraret. Nihilominus tamen commentarius ad Satiram I. copiosissimus est. Inprimis dialogi ratio praeclare est demonstrata. Quod ad versionem germanicam attinet, laude sua ad summam non defraudanda est: in aliis locis labor tam praeclare cessit interpreti, ut nihil esse possit supra, aliis contra subobscuris parum lucis affudit versio. Quae de vita ingenioque Persii disputavit cl. editor, ea vere et ingeniose maximam partem videntur dicta, licet non defuerint docti quidam viri, qui quasdam ejus sententias in dubium vocarent.

Des Aulus Persius Flaccus sechs Satiren, übersetzt mit Einleit. und Bemerkungen von Joh. Fried. Wagner (Direct. Lyc. Luneburg.) Luneburg. ap. Herold. 1811. 8. (8 Gr.)

Versio est metro jambico confecta, atque propter id ipsum in plerisque locis languet. Enimvero cum ex editoris mente paraphraseos tantum vice ad meliorem poetae intelligentiam adjuvandam esset destinata, hac sane ratione laude sua non defraudanda est; praestat certe Fülleborniana. Observationes, quae illiteratis scriptae sunt hominibus, admodum sunt fructuosae. Annexa sunt excerpta e codice ms., quem asservat bibliotheca monasterii St. Michael. Luneburgensis.

Des A. Persius Flaccus dritte Satire, im Versmaasse des Originals, mit Anmerkungen von Ferd. Blümm. Wirceb. ap. Rienner. 1801. maj. 8.

Satiram I. et II. denuo vertit *Joh. Adolph. Nasser* in: *Satirische Anthologie aus röm. Dichtern übersetzt.* Kilon. in libr. acad. 1810. 8. *Vol. I.* (20 Gr.) pag. 149—168.; quae versio fida est, atque commentarii perpetui vicem potest praestare.

In linguam *gallicam* Persii Satiras metrice vertit, atque introductione notisque instruxit *Raoul* (Biblioth. Meldens. praefect.) Paris. 1812. 8.

Locos illustres e Persii Satiris excerpsit et gallice vertit cryptonymus in libro: *Pensées extraites des Satires de Juvenal, trad. par P. M. G. Nouv. edit. augmentée des Pensées de Perse.* Paris. ap. Duponcet. 1803. 12.

Ad pag. 451. sect. 6.

Complures locos Persii maxime obscuros in variis commentationibus doctis egregie illustravit *Jo. Christ. Frid. Meister* (J. U. D. et Prof. in acad. Vratisl.). Edidit nimirum:

Ueber Persius Sat. I. v. 92—106. Francof. ad Viadr. ap. Apitz. 1801. 8.

Commentationem in Persii Satiram IV. Francof. ad Viadr. in libr. acad. 1807. 8. (10 Gr.)

Ueber A. Persius Sat. VI. 57—40; *hernach über Sat. VI.* 78. 79.; *beiläufig über Sat. III.* 74. 75. *Sat. V.* 54. 55., *und über Horaz. Serm. II. Sat.* 8. *v.* 15. Züllichav. ap. Darnmann. 1810. 8. (8 Gr.) et

Letzte Studien über A. Persius Flaccus. ibid. 1812. 8. (12 Gr.)

Animadversiones quaedam in primae Persii Satirae initium scripsit *Car. Frid. Adam. Beier.* Zwiccav. 1809. 8. (una plag.) Laudantur a censoribus doctis.

Ad §. 5.

MARCUS ANNAEUS LUCANUS.

Ad pag. 458. extr.

Splendida est editio: *M. Annaei Lucani Pharsalia, ex optimis exemplaribus emendata.* Paris. 1795. f. (15 Thlr.)

Bipontina editio, quae eclectica est (editor enim neque Cortium neque Burmannum plane sequitur), auctior et emendatior prodiit Ar-

gentor. 1807. maj. 8. (1 Thlr. 4 Gr.) Praemittuntur vita Lucani e vetere Scholiaste; vita a Suetonio conscripta; notitia literaria de Lucano e Fabricii Biblioth. lat. ab Ernestio edita; Index editionum Lucani auctior Fabriciano; Jo. Sulpicii Verulani in singulos Lucani libros argumenta. Ceterum emendate et nitide typis exscripta est haec editio.

Splendida est editio: *M. Annaei Lucani Pharsalia, ad fidem editionum principum et codd. antiquorum Vindobon. recensita ab Angelo Illycino, cum X. fig., quas Wächter delineavit, Leupold, Kohl, Rahl, Schramm et Frey sculpserunt.* Vindob. ap. Degen. 1811, 4 max. (chart. velin. 45 Thlr. 8 Gr.). In emtorum minus locupletum gratiam octonis quoque typis exscripta est haec editio: sine figuris, chartae tamen velinae impressa venit 2 Thlr. 16 Gr.; chart. script. 18 Gr.; chart. impressor. 12 Gr.

M. Annaei Lucani Pharsalia. Roterod. (Lips. in Breitkopf. comm.) 1805. 16. (12 Gr.)

Ad pag. 459. lin. 4.

Die Schlacht bei Pharsalus, oder das siebente Buch des Lucan, metrisch übersetzt von C. B. H. Pistorius. Berol. 1802. 8. (10 Gr.)

Ad pag. 460. sect. 6.

Animadversiones in quaedam Lucani et Propertii loca — scripsit *Ernest. Kästnerus*, Vimariensis (Societ. lat. Jen. sodal.) Jen. 1812. 8. (8 Gr.) Laudantur diligentia et studium auctoris.

Ad §. 4.

C. VALERIUS FLACCUS.

Ad pag. 464. lin. 20.

C. Valerii Flacci Argonauticon libri VIII. Ad optimor. exemplarium fidem recensuit, atque prooemio, argumentis et indice rerum instruxit Jo. Augustin. Wagner. Gotting. ap. Dietrich. 1805. maj. 8. (20 Gr.) Separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in C. Valerii Flacci Argonauticon libros VIII. conscriptus ab Jo. Augustino Wagner. ib. eod. (1 Thlr. 4 Gr.)

Pertinet haec editio ad collectionem Scriptorum latin. class. Rupertianam. In prooemio, more consueto, de vita, ingenio et poemate auctoris strictim disputatur. Textus est compluribus locis refictus, maximam tamen partem Burmannianus. Meritis laudibus insigniendus est commentarius prepetuus, in quo praeclare plerumque illustratur poeta.

Ad pag. 465. sect. 6.

Valerii Flacci Argonautica in linguam *germanicam* metrice transtulit, notis illustravit textumque latinum adjecit b. *Ern. Car. Frid. Wunderlich.* Erford. ap. Rudolphi. 1805. 8. (18 Gr.)

In linguam *gallicam* hunc poetam transtulit *de Lamalle.* Paris. 1811. 8. III Vol.

Epistola critica de C. Valerii Flacci Argonauticis. Ad virum illust. et doct. *Heyn.*

Carl. Abr. Eichstaedt scripsit *Jonath. Aug. Weichert.* (Lyc. Viteb. Rect.) Lips. ap. Vogel. 1812. maj. 8. (10 Gr.)

In introductione de poeta ejusque carmine, ab complicatis saepe verborum constructionibus mireque compositis imaginibus sane difficili, docte disputatur. Varia hujus poetae loca corrupta vel certe vexata partim facili conjectura correxit editor, partim meliori constituta interpunctione vindicavit, partim saniore interpretatione explanavit. Permulta insuper aliorum poetarum loca oblata occasione praeclare emendantur.

Ad §. 5.

P. Papinius Statius.

Ad pag. 470. lin. 7.

P. Papinii Statii Carmina. Antiquis libris adhibitis recensuit et commentario illustravit Ferd. Handius (Prof. Vimar.). *Vol.* I. cont. Silvas cum commentariis Marklandi et Handii. Lips. ap. Goeschen. 1816. maj. 8.

Ad eand. pag. sect. 6.

Jo. Frid. Gronovii in P. Papinii Statii Silvarum libros V. Diatribe. Nova editio ab ipso auctore correcta, interpolata, aucta. Accedunt Emerici Crucei Antidiatribe, Gronovii Elenchus Antidiatribes et Crucei Muscarium. Edidit et annotationes adjecit Ferd. Han-

dius. Lips. ap. Fleischer. jun. 1812. maj. 8. II Tom. (5 Thlr.)

In apparatu critico, quem b. Lenzius (Prof. Gymn. Goth.) Statium editurus collegerat, exemplum quoque erat Diatribes in Statii Silvas Gronovianae, ab ipso Gronovio emendatum et insigniter auctum. Cum libri moles major esset, quam ut editioni Statii manuali commode adjungi posset, cl. Handius, cum cetero apparatu Lenziano hoc quoque Diatribes Gronovianae exemplum nactus, separatim eam edere satius duxit. Suis tamen additamentis eam locupletavit, locaque a Gronovio citata accuratius indicavit.

Fr. A. Menke Observationes criticae in Statii Achilleida et alios passim scriptores. Gotting. ap. Hoeck. 1814. 4. (6 Gr.)

Auctor, qui novam Statii editionem promisit, varia poetae loca in hac commentatione feliciter emendavit et explicuit.

Statii opera in linguam *gallicam* transtulit *Cormilliole.* Paris. 1797., ni fallor.

Thebaida gallice vertit *Cournand.* Paris. 1799. 8.

Silvas gallice vertit, textum Marklandi subjunxit, notisque suis poetam illustravit *de la Tour.* Paris. ap. Colnet. 1803. 8. III. Vol., quae versio valde laudatur.

Ad §. 6.

Marcus Valerius Martialis.

Ad pag. 475. lin. 28.

Commoda est editio: *M. Valerii Martialis Epigrammata.* Vindob. ap. Degen. 1804. 8. II Tom. (1 Thlr. 3 Gr.)

Epigrammenlese aus Martial, für die obern Classen gelehrter Schulen. Francof. ad M. ap. Varrentrapp. 1808. 8. (8 Gr.)

Optima quaeque e Martialis epigrammatibus delegit editor, singula epigrammata germanice inscripsit, textumque emendate et nitide typis exscribendum curavit. Commentariolum ad hanc utilem collectionem se addere velle promisit.

Ad pag. 477. fin.

Sinngedichte des Martialis, metrisch übersetzt (ab *J. G. Zimmermann*) Francof. ad M. 1783. 8. (9 Gr.)

Epigrammata tantum CLXXVII. versa sunt. Interpres suas saepe facetias cum Martialis salibus haud infeliciter commutavit.

Sexaginta Martialis Epigrammata satis bene germanice vertit *Jo. Adolph. Nasser* in: *Satirische Anthologie, aus röm. Dichtern übersetzt.* Kilon. in librar. acad. 1810. 8. Vol. I. (20 Gr.) pag. 171 sqq.

Ad §. 9.

DECIMUS JUNIUS JUVENALIS.

Ad pag. 488. lin. 4.

D. Jun. Juvenalis, Aquinatis, Satirae XVI., ad optimorum exemplarium fidem recensitae, varietate lectionum, perpetuoque commentario illustratae, et indice uberrimo instructae à Georg. Alex. Ruperti (Gymn. Stad. Rect.) Lips. ap. Fritsch. 1801. maj. 8. *Vol. I.* cont. Prolegomena, Satiras Juvenalis, varietatem lectionis et indicem verborum. *Vol. II.* cont. Commentarium in Juvenalis Satiras. ib. eod. (6 Thlr.)

Ad recte aestimandam hujus editionis, quae admodum severos nacta est judices, dignitatem et pretium, editoris in ea concinnanda consilium perpendatur necesse est. Prima nimirum ejus cura haec fuit, „ut, quicunque sua editione uteretur, aliam non magnopere desideraret, sed in ea reperiret, quidquid boni et praeclari ad poetam emendandum illustrandumque interpretes contulissent.“ Praeterea omnis generis lectoribus ea consulere voluit ita, ut docti pariter viri, ac juvenes literarum humaniorum studiosi, illa cum fructu uterentur. Primum igitur et maxime necessarium erat editoris negotium, ut contextum curatissime recenseret, atque, quam fieri potuerit, emendatissime constitueret. In hoc negotio profligando complures eum adjuverunt viri

docti, quorum nomina laudavit in praef., adeo, ut ipsi contingeret, octoginta amplius codices, vel manu scriptos, vel editos, in usum suum convertere. Contextus basis est quidem editio Bipontina, quae, ut recte monet editor, tota fere ex Henniniana, ut haec e Schreveliana, expressa est: innumeris vero locis partim codicum veterumque editionum optimarum auctoritate, partim ex ingenio illum mutavit editor; atque hîc quidem plerumque cauti non minus ac sobrii, quam acuti et intelligentis critici officio perfunctus est, licet haud diffitendum sit, in permultis locis non temere assentiri posse ejus rationibus. Varietatem lectionis diligenter pleneque notatam textui substravit; quae vero essent curiosius atque penitius excutienda, ea in excursus conjecit, in fine voluminis primi additos. Quod ad commentarium attinet, quem continet volumen alterum, in eo adornando id potissimum egit auctor, „ut, quaecunque nondum ab aliis aut recte, aut satis perspicue exposita essent, accuratius enuclearet, nec quidquam inexplicatum relinqueret, in quo haerere possent ii, qui ad Juvenalem legendum admitterentur, hoc est, jam aliquantum in hoc literarum genere versati et provecti, neque tamen eruditi." Neque sane negandum est, eos juvenes, humaniorum literarum studiosos, qui multiplicis doctrinae et eruditionis thesauros, qui in hoc grandi accumulati sunt

commentario, penitus inspicere atque eruere non exhorrescant, permultum inde utilitatis, et ad poetam melius intelligendum auxilii esse hausturos. Editor enim operam dedit, „ut — (haec sunt ipsa ejus verba) poetam non modo grammatice interpretaretur, et ex historia illorum temporum, mythologia, scientia antiquitatis et geographia illustraret, sed etiam ad ea, quae sive pulcra et apta, sive prava et aliena essent, ad inventorum fontem, ad rerum verborumque ornamenta, ad poetae doctrinam et artem in inveniendis tractandisque rebus, ad partium inter se convenientiam et ad commune consilium conspirationem, mentem lectorum intenderet.“ Quod tamen ad diligentem accuratamque salium facetiarumque subtiliorum, atque adeo singulorum saepius vocabulorum attinet significationem, quae in hoc poeta satirico occultius saepe latet, quam ut statim in cujuscunque lectoris, praesertim inexercitati, incurrat oculos: hac ratione commentarium non ubivis eorum satisfacere arbitramur desideriis, qui ultra vulgares poetae lectores sapere velint. In Argumentis, cuique Satirae praefixis, sententiarum ordo et nexus a principio usque ad finem Satirae, secundum singulorum versuum seriem monstratur, atque postea de Satirae cujusque dignitate ac pretio, de tempore, quo probabiliter scripta sit, aliisque rebus huc pertinentibus, separatim et breviter plerumque disputatur. In Prolego-

menis primum locum occupat Juvenalis vita, quae vulgo tribuitur Suetonio, ab editore notis instructa; adjunctus est Claud. Salmasii in hanc vitam Commentarius, ex ejus Exercitat. Plinianis desumtus. Sequuntur vita Juvenalis, quam persequitur Dodwellus in Annal. Quintilianeis §. XXXVII — XLI.; tum Juvenalis vita per annos probabilibus conjecturis ab editore digesta; de Satira Romanorum (docta commentatio); de Satiricis Romanorum poetis; de diversa Satirarum Lucilii, Horatii, Persii et Juvenalis indole, deque fructu ex earum lectione percipiendo; Index codd. Mss., qui ad recensendum Juvenalem adhibiti, et vel ab aliis, vel ab editore collati sunt; Index editionum et versionum Juvenalis in eumque observationum (criticus et satis plenus); Testimonia antiqua de Juvenale; divisio et argumenta Satirarum Juvenalis; Index Codd. Mss. et editionum, quae numeris notantur in var. lect. et excurs.; explicatio imaginis, quae titulum operis ornat. — Ceterum externo habitu haud indecoro induta est haec editio.

Novam, consilio collectionis Scriptorum class. Romanorum accommodatam editionem adornavit. cl. *Ruperti* s. t.:

D. Jun. Juvenalis et A. Persii Flacci Satirae, ad optimorum exemplarium fidem recensitae, atque prooemio, argumentis et indice rerum instructae a G. L. Koenig. Gotting-

ap. Dietrich 1803. maj. 8. (18 Gr.) Separatim adjunctus est:

Commentarius perpetuus in D. Jun. Juvenalis Satiras XVI. Conscriptus a Georg. Alex. Ruperti. ib. eod. (1 Thlr. 8 Gr.)

Textus variis in locis aliter constitutus est, quam in editione Rupertiana majori; commentarius ea plerumque in compendium redacta exhibet, quae in majore editione fusius erant explicata. Cetera hujus editionis ratio similis est ei, quam saepius jam in his editionibus descripsimus. Hanc quidem commendamus adolescentibus iis humaniorum literarum studiosis, qui rerum impediuntur angustia, quominus majorem illam sibi parent editionem. — Varios libellos, in quibus hae editiones Rupertianae examinantur et judicantur, infra annotabimus.

Novam criticaque ratione maxime notabilem Juvenalis editionem paravit doctus Gallus, *Nic. Lud. Achaintre*, cujus haec est inscriptio:

Dec. Jun. Juvenalis Satirae, ad codd. Parisinos recensitae, lectionum varietate et commentario perpetuo illustratae a Nic. Lud. Achaintre. Accedunt Hadr. et Caroli Valesiorum Notae adhuc ineditae. Paris. sumt. et typis Firm. Didot. 1810. maj. 8. II Part. (4 Thlr. 20 Gr.)

Editor XXXVI codd. mss. bibliothecae tum temporis imperialis contulit, quorum nonnulli e saeculo X—XIV., complures e saeculo

XV., unus Vaticanus e saeculo IX vel X., quatuor ex variis Italiae bibliothecis in Parisiensem delati erant. Vaticani codicis, vetustissimi videlicet, recensionem utplurimum secutus est editor, crebro tamen, quando quidem lectionem manifesto falsam exhiberet, discessione facta. Omnino id egisse affirmat editor, „ut codicum priorum (puta antiquissimorum atque adeo praestantissimorum) lectiones referret contextus, et esset omnium mendorum expers." Minime vero omnes omnium codicum collatorum lectiones variantes annotavit, quod eo magis dolendum est, quo acceptior et gratior accurata tot codicum variantium notitia critico hujus poetae lectori atque futuro inprimis editori fuisset. Namque commentarius perpetuus insigniorem huic editioni praestantiam per se solus vix conciliare videtur. Habet enim permulta, quae partim trita sunt, partim ex superioribus interpretibus, inprimis *Rupertio*, satis nota. Complures quidem locos, in quibus interpretandis manifesto erraverat *Rupertius*, melius perspexit atque explicuit Gallus; in universum tamen cedere videtur illi doctrina veterumque literarum notitia. Externa editionis facies est admodum venusta. Subjicere lubet catalogum eorum, quae in hac editione continentur. Praefationem, volumini priori praefixam, excipiunt Satirae Juvenalis, cum commentario, qui textui est substratus, et variantibus lectioni-

In linguam *Danicam* Juvenalis Satiras versibus Iambicis quinariis transtulit commentarioque illustravit *Oluf. Worm* Hafn. 1801. 8., quae versio propter fidem et elegantiam, solidamque auctoris doctrinam, in commentario conspicuam, valde laudatur.

Omnes Juvenalis Satirae a *Dussaulx gallice* versae atque denuo editae sunt Paris. 1803. 8.

Pensées extraites des Satires de Juvenal, trad. par P. M. G. Nouv. edit. augmentée des Pensées de Perse. Paris. ap. Duponcet. 1803. 12.

Ad pag. 489. sect. 6.

J. R. A. Heinecke animadversiones in Juvenalis Satiras, sive censura editionum Rupertinarum. Hal. 1804. maj. 8. (8 Gr.)

In hac commentatione multa loca, in quibus lapsus est *Rupertius*, arguuntur, et bene, licet nimis arroganter, emendantur.

Docte itidem examinantur et emendantur *Rupertii* editiones a *Car. Frid. Heinrich* (Prof. Kilon.) in: *Commentatione I. in D. Jun. Juvenalis Satiras.* Kilon. impr. ap. Mohr. 1806. 4. et in: *Novo Specimine commentationis in D. Jun. Juvenalis Satiras* ib. in libr. acad. 1810. 4. (praemissae programmati ad celebranda Regis Friderici VI. natalitia).

Commentatio prior praeclaras continet observationes in Juvenalis Satiram I., quas nemo non, qui hunc poetam penitus perspicere velit, legere debet. In commentatione poste-

judicium tulit cl. *Heinrich* (Prof. Kilon.) in commentatione, quam infra annotabimus.

D. Jun. Juvenalis Satirae ex recensione Rapertiana editae, in usum scholarum acad. Hafn. ap. Schubothe 1816. 8.

Ad pag. 488. fin.

C. F. Bahrdtii versio germanica Juvenalis, quae jambicis versibus expressa atque fida et elegans est, emendatior prodiit Berol. 1787. 8. (16 Gr.)

Fide tamen Bahrdtium aequavit, elegantia vero superavit *Car. Phil. Conz*, qui *septimam Satiram* vertit in: *Museum f. die griech. u. röm. Literatur.* part. III. 1. Tigur. et Lips. 1795. 8.

Egregia *Satirae octavae* versio, jambicis versibus quinariis, quam edidit notisque illustravit *Mich. Denis* Vindob. 1796. 4. (12 Gr.) [cfr. Suppl. Vol. II. p. 151.] inserta quoque est diario, quod inscribitur: *Deutschland* Tom. I. partic. III. Berol. ap. Unger. 1796.

Novam omnium Satirarum Juvenalis molitur versionem, *primamque Satiram* metrice versam speciminis loco proposuit *A. H. Eckermann* (Rect. Hadersleb.) Hamburg. in Schmidt. commiss. 1807. 4. (4 Gr.)

Satiram III. IV. V. et VII. metrice vertit *Jo. Adolph. Nasser* in: *Satirische Anthologie, aus röm. Dichtern übersetzt.* Kilon. in libr. acad. 1810. 8. Vol. I. (20 Gr.) pag. 55—146.

CAPUT VII.

DE VEGETA LATINAE LINGUAE SENECTUTE.

AB OBITU TRAJANI USQUE AD PRINCIPATUM HONORII IMPERATORIS ET ROMAM A GOTHIS EXPUGNATAM.

Ad §. 2.

JUSTINUS FRONTINUS.

Ad pag. 497. lin. 16.

Bipontina editio recusa est Argent. 1802. maj. 8. (18 Gr.)

Justini Historiarum Philippicarum libri XXXXIV. Textum Graevianum passim refinxit, argumentis et tabula chronologica praemissis, temporibus ad marginem notatis, notis et criticis et historicis subjectis, indicibusque et rerum et verborum illustravit Joann. Christ. Frid. Wetzel (Lyc. Primislav. Rect.). Lignit. ap. Siegert. 1806. 8. (1 Thlr. 20 Gr.)

Textus est Graevianus, ab editore autem permultis locis aliter constitutus. Complures tamen relicti sunt loci, quibus medentem

manum non attulit editor. Propriis textum conjectura emendandi periculis plane abstinuit. Praecipua laude dignus est commentarius; namque licet vix restet locus, cui necessaria lux non esset affusa, tamen praeclare medium tenuit editor, neque notis superfluis inundavit auctorem. Pars notarum ad crisin spectat, pars ad historiam pertinet, atque hic Justinus cum aliis historicis diligenter comparatur, et saepius corrigitur; alia etiam notarum pars dictionem latinam illustrat, atque haec inprimis utilis erit linguae latinae studiosis. Grata acceptaque est rerum narratarum chronologia, diligenter in margine notata. In Introductione, libro praemissa, pauca de Trogo Pompejo, de Justino ejusque aevo disputantur. (Libellum tertio saeculo post Chr. assignandum censet editor). Tum de stylo Justini, grato plerumque et naturali, nonnunquam tamen neglecto paullumque calamistrato disseruit; deinde codices et editiones Justini prosequutus est; denique pleniorem adjecit chronologiam, e Justini libris ductam, et Petavii atque Gattereri rationibus fundatam, in qua annos a mundo condito computatos esse dolendum est. Perutiles sunt duo indices, alter rerum, alter verborum.

Usui scholarum accommodatae sunt editiones *Franc. Xav. Schoenbergeri* Vindob. ap. Pichler. 1806. 8. (1 Thlr.) *Darmstadiensis* ap.

Heyer. 1813. maj. 8. (16 Gr.) et *Halensis* in libr. Orphan. ed. VI. 1815. 8. (6 Gr.)

Cum in Justini narratione passim occurrant res, quae verecundas puerorum aures laedere possent, istiusmodi loca recidit et Justinum quasi castratum edidit *Th. Chr. Zembsch* s. t.: *Justinus, Trogi epitomator, Christianae juventutis usibus accommodatus.* Lips. ap. Kummer. 1805. 8. (12 Gr.)

In linguam *germanicam* Justinum quoque transtulit *Christ. Frid. Schmidt*, Lemgov. 1786. 8. (16 Gr.) Praestat tamen *J. P. Ostertagii* versio, cujus *altera* editio emendatior prodiit Francof. ad M. ap. Hermann. 1792. 8. II Tom. (1 Thlr. 4 Gr.)

Ad pag. 497. sect. 6.

M. Jo. Gottlob Graesse (Conr. Lyc. Viteberg.) disp. I. praesid. *Jo. Matth. Schroeckhio: Rudimenta studii historiae orbis catholicae in Justino utiliter ponenda*; et disp. II. (resp. *M. Jo. Aug. Zeune*), qua disseritur, *quomodo Justinus in scholis legendus sit, ut in eo rudimenta studii historiae universae utiliter ponantur.* Viteberg. 1800. 4.

Huic loco inserendus est:

M. Cornelius Fronto.

1. Sub Antoninis vixit. Natus esse videtur sub imperatore Domitiano vel Nerva. Annus, quo e vita decesserit, non minus incertus est; incidere tamen videtur intra finem Parthici et

initium Marcomannici belli (A. U. 920.) sive obitum L. Veri, atque adeo intra annos U. C. 918 — 922.

2. Natione fuit Afer, ex urbe Cirta in Numidia oriundus (cfr. Minuc. Fel. Octav. c. 9.), sicut ipse testatur in epistolis, ubi se nominat Libycum e Cirta ortum. Sunt tamen, qui natum eum esse in insula Creta statuant, atque Cirtae educatum. Per matrem, si quidem confidere licet loco apud Joannem Sarisber., Plutarchi Chaeronensis nepos fuisse videtur. De juvenili ejus aetate parum liquet. Jam sub Hadriano imperatore eloquentiae laude Romae florebat, atque excellentissimis rhetorices doctoribus annumerabatur. M. Aurelio (Antonino) et Lucio Vero, admodum adhuc adolescentulis, praeceptor constitutus, elocutionis inprimis et latine scribendi praecepta iis tradidit, summamque eorum benevolentiam et amorem sibi conciliavit. Jam Antoninus Pius eum Consulem suffectum in duos menses creavit. Quando vero consulatum gesserit, ex epistolis nonnullis, hodie repertis, satis certo liquet: ex his enim probabile fit, eum Cal. Jul. a. u. 895.; vel, quod *Angelo Majo*, Frontonis sospitatori, verisimilius videtur, a. 896. factum esse Consulem. Postea Proconsul creatus provinciamque, eodem suspicante *Majo*, in Graecia vel Asia obtinuit. Varios etiam deinde nactus est honores. Quanta eloquentiae floreret laude, ex eo etiam colligi potest, quod novam eloquentiae constituerat scholam, quae tanta celebrabatur fama, ut

non solum ingens ad eam confluereț discipulorum numerus, sed vel longe post Frontonis obitum hi discipuli appellarentur Frontoniani. Quae ad ejus vitam attinent privatam sive domesticam, ea hic praetermisisse liceat nobis brevitatis studiosis. Varia hanc in rationem disputavit *Angelus Majus* in edit. mox laudanda, quapropter lectores, qui plura cupiant, ad illam ablegamus.

3. Permulta varii argumenti scripta reliquit, quorum tamen maxima pars hucusque erat ignota, donec *Angelus Majus*, bibliothecae Ambros. Mediolan. a linguis orientalibus, codicem, ea complectentem, in bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi detegeret atque in lucem emitteret. Manibus terebatur ejus libellus *de differentiis vocabulorum* aliorumque scriptorum pauca fragmenta. Apponere lubet catalogum eorum, quae *Angelus Majus* invenit et in editione sua evulgavit. 1) *Epistolarum ad Antoninum Pium liber unicus* (insunt quoque tres epist. Antonini Pii ad Frontonem, una M. Aurelii, et epp. Frontonis ad M. Aurelium, Gavium Maximum et ignotum). — 2) *Epistolae ad Marcum Caesarem lib. I et II.* (aliquot insunt epp. Marci Aurelii). — 3) *Epistolae ad Verum Imperatorem Aurelium Caesarem lib. I et II.* (partim ad L. Verum Augustum scriptae, partim ab hoc, cum jam imperator esset, ex Parthica expeditione rescriptae). — 4) *Epistolarum ad amicos liber I.* (quarum tamen nonnullae temporis injuria periere). — 5) *De*

Feriis Alsiensibus (sex mutuae M. Aurelii Augusti et Frontonis epistolae, cum hic in villa Alsiensi in Etruria commoraretur. In una harum epistolarum inest grata *de Somno* fabula). — 6) *De nepote amisso, epistola M. Aurelii imperatoris ad Frontonem*, de morte nepotis Decimani, quem ex filia sua, Aufidio Victorino nupta, habebat, et tres demum annos natum in Germania morte amiserat, eum consolaturi. — 7) *Ad M. Antoninum de orationibus lib. I et II.* (longe plures, quam evulgatae sunt in *Maji* editione, epistolas de arte oratoria ad M. Aurelium imperatorem scripserat, quibus hunc a philosophiae studio ad eloquentiam revocaret. Omnino quidem duodecim tantum harum epistolarum fragmenta paullo longiora exhibet editio *Angeli Maji*). — Sequuntur in editione *A. Maji: M. Frontonis Reliquiae orationum, nec non aliquot ejusdem Epistolae.* a) Pars orationis *de testamentis transmarinis.* — b) Extrema pars orationis *de hereditate Matidiae*, ad Marc. Antoninum imperatorem; sequuntur *imperatoris ad Frontonem rescriptum*, in quo ipsi pro oratione gratias agit, et *Frontonis ad Aufidium Victorinum epistola*, e libro I. Epp. ad amicos supra laudato, ex qua oratio illa magis potest illustrari. — c) Pars orationis *pro Volumnio Sereno ad Arrium Antoninum*, cui Fronto in epistolae quadam Volumnium commendaverat, et quem *Angelus Majus* eundem esse arbitratur, qui sub Commodo imperatore supplicio

esset affectus. — d) *Supplementum epistolae IV. libri II. ad Verum.* — e) *Epistola pro Baburiana, ad Arrium Antoninum* (Quae fuerit ista Baburiana, non liquet). — f) *M. Aurelii et Frontonis Epp. mutuae* (duae epp. brevissimae, in quibus passim desunt quaedam). — g) *Fragmenta quaedam Frontonis aut M. Aurelii, et Excerpta ex Sallustio.* — h) *Frontonis ad M. Antoninum de bello Parthico* (fragmentum scripti, in quo imperatorem de clade, qua, ante Veri expeditionem, Romanos afflixerant Parthi, consolatur). — i) *Frontonis ad M. Antoninum principia historiae* (sunt septem fragmenta operis majoris, in quo Trajani expeditionem cum expeditione Veri comparaverat). sequuntur *Nugalia*, a Frontone ipso, in ep. III. Alsiensi, sic dicta, in quibus conscribendis, more illius et vero serioris etiam aetatis, veteres sophistas imitatus est. — k) *Laudes fumi et pulveris.* — l) *Laudes negligentiae.* — m) *Frontonis Arion* (notae fabulae narratio). — n) *Frontonis* (et aliorum) *Epistolarum graecarum liber*, cum *Maji* interpretatione. — Sequuntur *Fragmenta Frontonis, jamjam edita*, nimirum: o) *Frontonis Disputationes grammaticae apud A. Gellium superstites.* — p) *Frontonis Fragmenta miscella* (e Charisio, Servio, Isidoro cet.). — q) Frontonis opus editum *de differentiis vocabulorum.* — r) *Frontonis exempla elocutionum* (inscribuntur in Codd. Mss. etiam: *Elegantiae latinae.* Ange-

lus Majus enim ipse hanc libelli inscriptionem deprehendit in cod. ms. Ambros., ab illo, e quo expressa sunt Frontonis opera, diverso. Ceterum hoc opusculum in Maji editione plenius quam antea legitur).

4. Opusculum de *differentiis vocabulorum* cum aliis grammaticis antiquis saepius editum est: cum Probo et Phoca Vincent. 1509. 4. — Inter Grammaticos illustres XII. Musarum Charitumque numerum aequantes. Venundantur in aedibus Ascensianis. In fine: Parrhisiis a. MDXVI. fol., quae rarissima est editio. — Cum Isidori Originum s. Etymologiarum libris XX., edit. a Bonav. Vulcanio Basil. 1577. fol. — Inter Grammaticos veteres ab Elia Putschio editos Hanov. 1605. 4. pag. 2191 - 2203. — Inter Auctores linguae latinae in unum redactos corpus ed. Dion. Gothofredi. Genev. 1602. ed. postr. 1622. 4. pag. 1327 - 1335. et in aliis etiam Grammaticorum veterum collectionibus.

Quod ad scripta Corn. Frontonis ad hucusque ignota et inedita attinet, codex ille, in bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi latens, qui in manus doctissimi viri incidit, *Angeli Maji*, erat παλίμψηστος sive rescriptus. Saeculo quarto videtur exaratus, saeculo sexto a Grammatico docto emendatus adjectisque scholiis auctus; saeculo septimo vel octavo actorum concilii Chalcedonii partes quaedam latine superscriptae erant. Ex hoc igitur codice edidit *Angelus Majus*:

M. Cornelii Frontonis Opera inedita cum epistulis (sic) *item ineditis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri et Appiani, nec non aliorum veterum fragmentis, invenit et commentario praevio notisque illustravit Angelus Majus.* Mediolani 1815. maj. 8. II Vol., cum charactere scripturae cod., aeri inciso, quatuor figuris, itidem aeri incisis, pluribusque numis impressis. (9 Thlr.)

Ordinem ac seriem, qua Frontonis opera exhibet haec editio, jam supra sub No. 3. descripsimus. In priore commentarii praevii parte de vita Frontonis, ejus ingenio, scriptorumque ejus pretio copiose disputatur. In posteriori communicata sunt scripta trium Caesarum, Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et fragmenta aliorum veterum, quae obiter apud Frontonem occurrunt; nimirum *tres epistolae* genuinae *Antonini Pii; duodevigenti Epp. M. Aurelii latinae*, quas magna ex parte juvenis scripsit, et *una graeca; sex epistolae L. Veri*, orationis elegantia insignes, quas argumentis doctis et copiosis illi vindicare studuit *A. Majus*. — Inter reliqua fragmenta est *epistola graeca Appiani*, historiographi, integra propemodum, et stylo probabili scripta; porro duo fragmenta *Ennii*; unum *Levii*, poetae, (cujus plura servavit fragmenta Gellius); tres versus integri *Plauti*, e fabula deperdita *Kolax*; tria fragmenta *Sallustii*; locus *Suetonii*, *Theodori* rhetoris et *Chrysippi*; pars fabulae illustris a *Diony-*

sio Tauriore (Frontonis praeceptore) narratae; locus declamatoris Gallicani. — Notae editoris, quibus scripta Frontonis illustrantur, eruditione veterumque literarum doctrina commendantur, sive crisin spectes, sive Palaeographiam et Grammaticam, sive inprimis historiam et literaturam Romanam.

Hanc editionem Mediolanensem tam accurate typis repetendam curavit libraria *Hermanniana* Francofurtensis, ut non singulae solum hujus editionis paginae, sed singuli adeo versiculi cum editione Mediolanensi consentiant. Inscriptio est:

M. Corn. Frontonis Opera inedita, cum epistolis item ineditis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri et Appiani, nec non aliorum veterum fragmentis, invenit et commentario praevio notisque illustravit Angelus Majus. Ad exemplar Mediolanense. Francof. ad Moen. ap. Hermann. 1816. maj. 8. II Vol. (2 Thlr. 12 Gr.) (cum IV. fig. aeri incisis, VIII numorum imaginibus et specimine charact.). Commentarium ad hanc editionem, quae vel externa minime cedit elegantia Mediolanensi, promisit cl. *Ern. Frid. Ruhkopf.*

Aliter, quam *Majus*, disposuit Frontonis operā in editione sua laudabili, atque propter bene institutum notarum delectum inprimis commendanda cl. *Niebuhr* (Prof. Berol.). Haec est editionis epigraphe:

M. Corn. Frontonis Reliquiae, ab Angelo Majo primum editae; meliorem in ordinem di-

gestas, suisque et Phil. Buttmanni, Lud. Frid. Heindorfii ac selectis Angeli Maji animadversionibus instructas iterum edidit B. G. Niebuhrius. Accedunt liber de differentiis vocabulorum, et ab eodem Angelo Majo primum edita Q. Aurelii Symmachi octo orationum fragmenta. Berol. ap. Reimer. 1816. maj. 8. (1 Thlr. 16 Gr.)

5. Quod ad Corn. Frontonis dicendi attinet genus, gravitatem et siccitatem eloquentiae ejus jam veteres quidam scriptores laudarunt. Si quidem *Angelum Majum* audimus, ejus dicendi genus proxime accedit ad Ciceronianum, atque adeo secundus ipsi debetur post Ciceronem locus. Enimvero *Angelum Majum* in eo laudando nimium fuisse, in eo consentiunt omnes fere viri docti. Optimis sane serioris aevi rhetoribus et oratoribus assignandus est Fronto; verum, sive omnem orationis formam, sive singularum partium compositionem, sive denique verborum delectum, atque eam, quae ex his virtutibus enasci solet, dicendi vim et elegantiam respexeris: plurimum eum cedere aureae aetatis scriptoribus atque adeo Ciceroni, confitendum est. Apponere hic lubet sententiam, quam de librorum Frontonis pretio tulit judex legitimus sane atque fide dignissimus, cl. *Eichstadius*, in dissertatiuncula mox laudanda: „Elucet quidem, inquit, in ejus scriptis, in primis epistolis, lepos Romanae linguae, nec tamen nativus ille, si quid judicamus, sed adscitus et peregrinitate quadam

affectus. — Maxime autem abhorrere a genuina Ciceronis eloquentia nobis videntur orationes, oratoriae formae et artificii prorsus expertes, in quibus peregrinitas illa non tantum inest in delectu verborum, quorum multa etiam in epistolis inveniuntur Latio inaudita, sed in omni dictionis, asperae passim et praefractae, conformatione."

5. Cfr. *Bayle* Dictionn. historique et crit. s. v. M. Corn. Fronto. — *H. C. A. Eichstaedt* in Progr.: *M. Corn. Frontonis Operum nuper in lucem protractorum notitia et specimen.* Jenae, impr. ap. Schreiber. 1816. f., in quo non solum de vita Frontonis breviter post *Majum* disputatur, sed etiam de illius dicendi genere scriptorumque pretio acute et vere judicatur. Speciminis loco apposita sunt 1) *epistola Frontonis ad M. Aurel. Antoninum.* 2) Fragmentum orationis ludicrae: *Laudes fumi et pulveris*; adjectis *Maji* et editoris animadversionibus. — *Notas criticas in Corn. Frontonis epistolas graecas* scripsit *F. J.* in *Fr. Aug. Wolfii Literar. Analecten, vorzüglich für alte Literatur und Kunst, deren Geschichte und Methodik.* Berol. ap. Nauck. 1816. 8. Vol. I. No. IV. (1 Thlr.)

Ad §. 5.

LUCIUS APULEJUS.

Ad pag. 505. lin. 12.

Egregia *Rodiana* versio Asini aurei recusa est Berol. ap. Mylium 1790. maj. 8. II Vol. (1 Thlr.

20 Gr.). *Aug. Rode* edidit etiam: *Psyche, nach dem Latein. des Apulejus*, ib. ap. eundem 1780. 8. (10 Gr.). — Auctor versionis, in Suppl. Vol. II. p. 162. notatae: *Psyche, ein Feenmährchen* etc. Gotting. 1789. 8. est *Jo. Henr. Aug. Schulze* (Direct. schol. Blankenburg.).

Die epische Fabel der Psyche, nach Apulejus metrisch übersetzt von J. Jac. v. Lynker. Jen. 1805. 4 maj. (14 Gr.)

Ad §. 11.

Domitius Ulpianus.

Ad pag. 526. lin. 12.

Domitii Ulpiani Fragmenta libri regularum singularis, uti videtur, vulgo XXIX. tituli ex corpore Ulpiani, denuo recensuit Gustav. Hugo (Prof. Gotting.) Berol. ap. Mylium 1811. maj. 8. (5 Gr.) Edit. III. ib. 1814. maj. 8. (1 Gr.)

Ad recensendum textum cl. editor trium potissimum editionum, praestantissimarum collationibus, ab ill. *de Savigny* ipsi communicatis, usus est, nimirum editionis *Dütilleti*, et duarum *Charondae*. Etiam paragraphi aliter in hac nova editione constitutae sunt. Commentarium ad hanc editionem in lucem emisit editor Berol. ap. Mylium 1814. maj. 8. (10 Gr.)

Ulpianus de edendo, nunc primum editus ex apographo Bestiano codicis Ms. Harleyani per Georg. Aug. Meywerth (J. U. D. et

Procuratorem generalem in curia criminali circuli Hercynici) *et Ern. Spangenberg* (J. U. D. et Assess. tribunal. prim. instant. Gotting.). Gotting. ap. Roewer. 1809. 8. (4 Gr.)

Heineccii nota, se in catalogo Codd. Mss. Angliae et Hiberniae libelli Ulpianei adhuc ignoti titulum deprehendisse, excitus cl. *Hugo* hac de re literas misit ad *Bestium*, secretorum custodem Londin.. Qui cum tractatum illum de edendo invenisset, tertiae illius particulae apographum ad *Hugonem* misit. Hic, licet non genuinum esse opusculum statim perspexerit, tamen, cum de lite Romana satis copiose ageret tractatus, illius specimen proposuit in libro: *Civilist. Magazin.* Vol. I. p. 375-82., compendii pag. 155-39. Hac demum editione omnia continentur, quae Bestius ad Hugonem misit, in decem capita distributa. Sub finem addita sunt duo parva fragmenta Ulpiani genuina e Prisciano. Editores adjecerunt locos paralleloe e corpore juris, ex quibus patet, Pseudo-Ulpianum illum plures ad verbum in libellum suum recepisse.

Plenam veterum Jurisconsultorum collectionem edidit *Gust. Hugo* s. t.:

Jus civile antejustinianeum, codicum et optimarum editionum ope a societate jurisconsultorum curatum. Praefatus est et indicem editionum adjecit Gust. Hugo. Tom. prior, Ulpianum, Paulum, Cajum, Papinianum, Modestinum, Auctorem regularum, Codices Gre-

gorianum et Hermogenianum, Theodosiani vero libros X. priores continens. Berol. ap. Mylium 1815. maj. 8. (utriusque tomi pret. 7 Thlr. 12 Gr.)

Ad §. 13.

CENSORINUS.

Ad pag. 530. lin. 26.

Novam utilemque Censorini editionem paravit *J. S. Gruber: Censorinus de die natali ex recensione et cum animadversionibus Dr. Jo. Sigism. Gruber.* Norimb. ap. Lechner 1805. 8. (20 Gr.). ed. alt. (novo tantum tituli folio ornata) 1810. (8 Gr.)

Ad §. 16.

C. JULIUS SOLINUS.

Ad pag. 538. lin. 4.

Novissima editio est *Bipontina: C. Julii Solini Polyhistor, ad optimas editiones collatus, praemissa notitia literaria; accedit index.* Bipont. 1794. 8. (8 Gr.)

Ad §. 17.

COELIUS APICIUS.

Ad pag. 540. lin. 23.

Bernholdi editio, novo addito tituli folio, redintegrata est Onoldi ap. Haucisen. 1800. 8. (16 Gr.)

Ad §. 20.

AELIUS SPARTIANUS.

Ad pag. 550. sect. 6.

Chr. Gottl. Heyne Censura ingenii et morum historiae Augustae scriptorum. Gotting. 1802. fol. (recus. in Ejus Opusc. acad. Vol. VI. Gotting. 1812. maj. 8.)

Ad §. 22.

ARNOBIUS.

Ad pag. 555. lin. 4.

Novissima et praestans est editio: *Arnobii, Afri, Disputationum adversus gentes libri VII., recognovit, notis priorum interpretum selectis, aliorumque et suis illustravit J. Conr. Orellius.* Lips. ap. Vogel. 1816. maj. 8. II Vol. (5 Thlr. 12 Gr.)

Ad §. 52.

NONIUS MARCELLUS.

De fragmentis Comicorum, Tragicorum et Satiricorum Romanorum, in Nonio Marcello obviis, optime merebit *Casp. Jac. Christ. Reuvens* in opere futuro, cujus specimen dedit in: *Collectaneis litterariis s. Conjecturis in Attium, Diomedem* etc. (cap. V. de Nonio Marcello egit) Lugd. Bat. ap. Hazenberg. jun. (Lips. in libr. Weidmann. comm.) 1815. maj. 8. (2 Thlr.) Plenam operis inscriptionem vide

in suppl. nostris ad Prolegg. §. 6. — Auctor Parisiis tres pervetustos contulit Nonii Marcelli codices, bibliothecae quoque Guelpherbytanae codices Nonii evolvit, atque a *Wyttenbachio* apparatu praeclaro Bondamiano, ad Grammaticos veteres spectante, quem asservat bibliotheca Leidensis, adjutus est.

Ad §. 41.

SEXTUS RUFUS.

Ad pag. 591. extr.

Optime meruit de Sexto Rufo *Guil. Münnich* in editione laudabili, hujus inscriptionis:

Sexti Rufi Breviarium rerum gestarum populi Romani. Lectionum varietate adjecta recognovit Dr. Guil. Münnich (Ph. D. AA. LL. M. in acad. Georg. Aug.). Hannover. sumt. fratr. Hahn. 1815. maj. 8. (5 Gr.). Habet haec editio hunc etiam titulum generalem:

Corpus Historicorum Latinorum. Cura et studio Dr. Frid. Ern. Ruhkopf (Bielefeld. Gymn. Direct.) *et Dr. Joach. Diet. Godofr. Seebode* (Hildes. Gymn. Rect.). *Tomi XV. Pars I.* Sexti Rufi Breviarium continens.

Sexti Rufi de regionibus urbis Romae libellum edidit et commentario instruxit Dr. Guil. Münnich. Annexa est charta Romae. Hannover. ap. Hahn. 1815. maj. 8. (5 Gr.). Etiam sub titulo:

Corpus Historicorum Latinorum etc. *Tomi XV. Pars II.*

Omnium fere antiquissimarum editionum variantes lectiones summa cura ac fide collectas annotavit editor, earumque meliores in textum recepit. Critices rationes in notis apposuit. Exegeticas quasdam annotationes suppeditat index philologicus, qui contextus potissimum verba illustrat. Satis plenus et emendatus est index historicus et geographicus. Additae insuper sunt lectiones editionis primae a Sixto Ruesingero curatae, et duo excursus. In duabus introductionibus de Sexto Rufo, ejus scriptis, codd. et editionibus plene et curate disseritur.

Ad §. 44.

Flavius Eutropius.

Ad pag. 599. lin. 21.

Tironum usibus destinata est editio: *Eutropii Breviarium Historiae Romanae. Mit kurzen, theils gramm., theils geschichtl. Anmerk. für die Anfänger versehen, und mit e. erklärenden Wortregister begleitet von Alb. Christ. Meinecke.* Lemgov. in libr. Meyer. 1798. 8. (12 Gr.) Vocabularium, quod etiam separatim venale est (4 Gr.), vix quartam continet partem eorum vocabulorum, quae in Eutropio occurrunt. Verborum quoque significationes nullo ordine et cura adscriptae sunt.

Eutropii Breviarium Historiae Romanae. Edit. correcta. Leucopetrae ap. Severin. et soc. 1798. 12 maj. (2 Gr.)

Venusta et praestans est editio, a *Tzschukkio* denuo curata, hujus inscriptionis:

Eutropii Breviarium historiae Romanae. Ad libros scriptos editosque iterum recensuit et notis ad constituendum textum sensumque regendum comparatis instruxit Car. Henr. Tzschucke (Schol. quond. Misn. Conn.) Lips. ap. Goeschen 1804. 8. (12 Gr.) Textus etiam separatim sine notis venalis est (6 Gr.).

In recensendo textu, qui ex recognitione plane nova est constitutus, praeter optima auxilia critica, editioni suae majori jam adhibita, praeclaro adhuc codice antiquissimo bibliothecae ducal. Gothanae adjutus fuit editor. Hinc factum est, ut nova haec textus recensio priori illi majoris editionis permultum praestet. Animadversionum pars major spectat historica, nominum videlicet propriorum crisin, vel factorum temporumve notationes. Addita est clavis, in qua partim historica et geographica, partim latinitas Eutropiana bene illustrantur. In praemissa dissertatione breviter de Eutropio ejusque libro disputatur.

Correcta nitideque typis exscripta est editio: *Eutropii Breviarium historiae Rom., cum Sexti Rufi de victoribus et provinciis populi Romani, recensuit Franc. Xav. Schoenberger*

(Gymn. Acad. Vindob. Eloqu. et L. graec. P. P. O.) Vindob. ap. Pichler. 1805. 8. (8 Gr.)

Aeque correcta est editio: *Eutropii Breviarium historiae Rom. Accedit vita Ciceronis a Badeno conscripta.* Darmst. et Giesae ap. Heyer. 1807. 8. (8 Gr.)

Eutropii Breviarium hist. Rom. in usum schol. cura van Ellen. Amstelod. (Lips. ap. Böhme) 1806. 12. (5 Gr.)

Eutropii Breviarium hist. Romanae ad Valentem Augustum, ab urbe condita ad illius usque et fratris Valentiniani tempora deductum. Hannover. ap. fratr. Hahn. 1809. maj. 8. (3 Gr.) Textus est satis emendate typis exscriptus.

Eutropii breviarium historiae Rom. Mit deutschen Anmerk. Hannover. ap. fratr. Hahn. 1810. 8. (6 Gr.)

Eutropii breviarium historiae Romanae. Editio X. Hal. in libr. Orphanotroph. 1812. 8. (2 Gr.)

Optime idque ter deinceps de Eutropio meruit *Georg. Frid. Guil. Grofse* (Subrect. Gymn. Stendal.). Primum edidit ille:

Eutropii breviarium historiae Romanae, ad optimos libros castigatius editum. Stendal. ap. Franzen et Grofse. 1811. 8. (4 Gr.) Ad hanc editionem pertinet:

Vollständiges und erklärendes Wörterbuch zu Eutrops kurzem Abrifs der röm. Geschichte in 2 Abtheilungen, für Anfänger und Geübte von George Fried. Wilh. Gro-

fse. ib. ap. eosd. 1811. 8. (12 Gr.) — Textus cum vocabulario conjunctus hoc quoque titulo venalis est:

Eutropii breviarium hist. Romanae. Mit hin und wieder verbessertem Text, und zum Gebrauch der Schulen mit einem vollständigen und erklärenden Wörterbuch versehen von George Fried. Wilh. Grofse. Stendal. 1811. 8. (16 Gr.)

In textum quam emendatissime constituendum maximam curam impendit editor, atque in compluribus locis discessit a *Tzschuckio*. Inprimis autem vocabularium, cujus altera sectio verba complectitur, altera res vel nomina, praestat ceteris ordine, copia accurataque locorum, in quibus singula occurrunt vocabula, notatione.

Majorem praestantemque editionem adornavit atque hoc titulo evulgavit editor:

Eutropii Breviarium historiae Romanae. Mit Erläuterungen von George Fried. Wilh. Grofse. Hal. ap. Hendel. 1813. maj. 8. (1 Thlr. 12 Gr.)

Textus in universum cum illo editionis a. 1811. congruit, atque in pluribus locis discedit a Tzschuckiano. Animadversiones, quae admodum sunt copiosae, partim criticam contextus tractationem, partim linguam, res, historiam et geographiam spectant, in iisque doctrina non minus conspicua est, quam cura et diligentia. In introductione, libro praemissa, de Eutropio ejusque libello

prolixius et curiosius disputatur. Omnino hanc editionem non solum juventutis magistris, sed iis etiam adolescentulis, qui hunc scriptorem suo Marte legere velint, maximopere commendamus.

Tertium Eutropio operam dicavit editor in novissima editione:

Eutropii Breviarium historiae Romanae. Recognovit Georg. Frid. Guil. Grofse. Lips. in libr. Hahn. 1816. maj. 8. (12 Gr.)

Etiam s. t.:

Corpus Historicorum Latinorum, cura et studio Dr. Ern. Frid. Ruhkopf et Dr. Joach. Diet. Godofr. Seebode. Tomus XIII. Eutropium continens.

Eutropii Breviarium Historiae Rom. Editio correcta et ad optimos codices revisa. Jenae ap. Vogt. 1812. 12. (4 Gr.)

Eutropii Breviarium Hist. Rom., ad optimas novissimasque editiones recusum. Manhem. ap. Loeffler. 1815. 8. (5 Gr.)

Eutropii Breviarium Hist. Rom. Diligentissime recognovit et in usum scholarum edidit Car. Poppo Froebel. Rudolstad. in librar. aul. commissis. 1816. 8. (2 Gr.)

Textus est correctus et emendate typis ipsius editoris (Gymn. Rudolst. antehac Prof.) expressus.

Ad pag. 600. lin. 2.

Paeanii Metaphrasis in Eutropii hist. Rom., in usum scholarum edidit indicemque verbo-

rum adjecit Jo. Frid. Sal. Kaltwasser Gothae ap. Ettinger. 1780. 8. (16 Gr.)

Vollständiges Wörterbuch zu Eutropii Breviarium hist. Rom. Für Schulen. Berol. ap. Matzdorf. 1806. 8. (6 Gr.)

Pertinet proprie ad editionem Eutropii Joerdensianam (Berol. 1791. 8. 8 Gr.) et antecellit quidem aliquantulum praestantia vocabulario Meineckiano, Grossianum tamen utilitate et dignitate minime aequiparat.

Ad §. 49.

Sextus Aurelius Victor.

Ad pag. 609. lin. 22.

Sextus Aurelius Victor de Viris illustribus urbis Romae et de Caesaribus. Zum Gebrauch für Schulen, besonders für den zweyten Cursus in der latein. Sprache, mit fortlaufender Erklärung aller vorkommenden Redensarten, und beständiger Anführung der Sprachregeln nach der gröfsern Bröderschen Grammatik, herausgegeben von J. B. Friese (Subrect. Gymn. Flensb.) Alton. ap. Hammerich 1804. 8. (1 Thlr.)

Textus ex editione *Harlesii* expressus est. Post singula capita apposita est uniuscujusque vocabuli occurrentis interpretatio germanica, ita ut discipuli lexici usu commode supersedere possint. Praeposteram hanc esse methodum, in eo omnes sane consentiunt intelligentes harum rerum arbitri. Quodsi ab

hoc naevo discesseris, utilis esse poterit haec editio iis potissimum tironibus, qui primis latinae linguae elementis addiscendis dant operam.

Nitida et correcta est editio: *S. Aurelii Victoris Historia Romana, ex recensione Jo. Frid. Gruneri, cura Franc. Xav. Schoenberger* (Gymn. acad. Vindob. Eloqu. et ling. graec. P. P. O.) Vindob. ap. Pichler. 1806. 8. (12 Gr.)

Sextus Aurelius Victor ex recens. Jo. Arntzenii. Roterod. (Lips. in Breitkopf. commiss.) 1804. 12. (8 Gr.)

S. Aurelii Victoris Libri de Romanae gentis origine. Edit. nova. Hal. in libr. Orphan. 1808. 8. (4 Gr.)

Auctor versionis germanicae, quae prodiit Curiae Regnit. 1784. 8. (cfr. Suppl. Vol. II. p. 248.), et valde mediocris est, *Reiter* esse fertur.

Ad §. 51.

Flavius Vegetius Renatus.

Ad pag. 616. fin.

Praestans est editio *Bipontina: Flavius Vegetius Renatus de re militari, cum notis integris Schwebelii et selectis Stewechii, Scriverii, Oudendorpii, Besselii. Accedunt indices.* Argentor. ex typogr. societ. Bipont. 1808. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Notabilis est editio: *Flavii Vegetii Renati de re militari libros ex vetusto codice*

auctos edidit Bono Giamboni. Florent. 1815. 8.

Versionibus Vegetii addenda est germanica, e gallica facta: *Kriegslehren des Vegetz. Aus dem Französ. übersetzt von Joh. Theobald Bion.* Vindob. 1759. 8. ed. alt. 1770. 8., et melior versio: *Vegetius Anleitung zur Kriegswissenschaft, übersetzt und erläutert von R. M.* Hal. 1799. maj. 8. (20 Gr.)

Ad §. 55.

Ammianus Marcellinus.

Ad pag. 624. lin. 9.

Novissima optimaque est editio: *Ammiani Marcellini quae supersunt, cum notis integris Fr. Lindenbrogii, Henrici et Hadriani Valesiorum et Jac. Gronovii, quibus Thomae Reinesii quasdam et suas adjecit Jo. Augustin. Wagner. Editionem absolvit Chr. Gottl. Aug. Erfurdt.* Lips. in libr. Weidmann. 1808. maj. 8. III Vol. (5 Thlr. 12 Gr.)

Tomus I. contextum, in sectiones sive paragraphos minores distributum, exhibet, duo posteriores complectuntur animadversiones. Praestans sane est haec editio, sive crisin spectes, sive rerum verborumque interpretationem. Beatus *Wagnerus* non modo id egit, ut locos ab interpretibus superioribus saepenumero falso citatos corrigeret, eorumque notis suas crebro insereret emendationes,

sed suas quoque adjecit animadversiones doctas et praeclaras, historiam inprimis illustrantes. Neque vero minus b. *Erfurdtius* doctis nonnullis observationibus et egregiis emendationibus hanc editionem auxit atque ornavit. Tabulas numarias, quas exhibet editio Gronoviana, omiserunt editores atque adjectis aliis velut dotibus, ut *Chifletii* tractatu de vita et libro Ammiani, praefatione *Lindenbrogii*, *Chr. G. Heynii* censura ingenii et historiarum Ammiani Marcellini, et notis nonnullis *Reinesii* adhuc ineditis, leve istud damnum pensarunt. Additi insuper sunt quatuor indices.

Ad pag. 625. sect. 7.

VIBIUS SEQUESTER.

Novissime hic scriptor editus est a sodalibus societatis *Bipontinae* cum *Pomponio Mela* aliisque geographis veteribus. Argentor. 1809. maj. 8. (1 Thlr. 20 Gr.) vid. supra ad *Pomponium Melam*.

Ad §. 59.

Q. AURELIUS SYMMACHUS.

Ad pag. 632. fin.

Ex eodem codice palimpsesto bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis, ex quo *Angelus Majus*, hujus bibliothecae a linguis orientalibus, evulgavit Cornelii Frontonis reliquias, idem edidit etiam:

Q. Aurelii Summachi (sic) *V. C. octo orationum ineditarum partes. Invenit notisque declaravit Angelus Majus. Accedunt Additamenta quaedam.* Mediolani, regiis typis 1815. maj. 8. cum chirographi codicis specimine, aeri inciso. (1 Thlr. 8 Gr.)

Harum octo orationum tres sunt Augustales, quatuor privatorum hominum res spectant, una Senatui est dicta. Prima exhibet *Laudes in Valentinianum Seniorem Augustum I.* (priores), atque *Angelo Majo* a. 368. videtur habita. In fine mutila est. — 2, *Laudes in Valentinianum Seniorem Augustum II.* (posteriores), in tertio imperatoris consulatu a. 370. habita, in principio manca. — 3, *Laudes in Gratianum Augustum*, non multo post, quam octennis Gratianus imperator erat creatus, videtur scripta. — 4, *Laudes in Patres.* Laudatur Senatus, quod dignos tantummodo viros Consules designet. — 5, *Oratio pro patre.* Gratiarum actio ad Senatum, quod patrem Lucium Avianum Symmachum consulem creaverat, a. 376 vel 377 habita. — 6, *Oratio pro Trygetio*, de qua Symmachus ipse loquitur Epp. I. 44. et 52., et in qua partim Senatui pro honore, ad quem ille patrem evexerat, gratias agit, partim filium Trygetii ad Praetoris dignitatem provehendum commendat. — 7, *Oratio pro Synesio*, qua Synesio, Juliani filio, Senatoris dignitatem conciliare studet. — 8, *Oratio pro Severo.* Laudat hunc Severum, qui, aliis per-

functus muneribus, in Senatum tandem erat receptus. — Ex his omnibus vero orationibus, postremo loco nuncupatis, perpauca tantum in codice illo reperta sunt fragmenta. Non minus mancum est *Laudationis, ut videtur, fragmentum*, quod idem exhibet codex. Agitur in illo de filia principali, quae, ut videtur, ad nuptias celebrandas erat ornata. Angelus Majus Serenam intelligit, fratris Theodosii filiam, Stilichoni nupturam. — Quod ad editoris attinet animadversiones, minus eae quidem copiosae sunt, quam in Corn. Frontonis reliquiis, ad interpretandum tamen verborum contextum sufficiunt. In laudando Symmachi ingenio, eloquentia et inprimis dictione, pariter ac in Frontone, nimius fuit.

Haec octo orationum Symmachi fragmenta adhaerent quoque editioni Frontonis Berolinensi, a cl. *Niebuhrio* curatae atque a nobis supra laudatae.

Accurate ad exemplar Mediolanense haec Symmachi orationum fragmenta repetenda curavit libraria *Hermanniana* Francofurti ad Moenum 1816. maj. 8. (14 Gr.)

Symmachi carmen de Baulis (ex libr. I. ep. 1.) notis illustravit *J. Chr. Wernsdorf* in Poet. lat. min. Tom. V. Part. III. p. 1374 sqq. et carmen de litore lacus Lucrini et Bajani (ex libr. I. ep. 8.) ibid. p. 1377 sqq.

Ad pag. 633. sect. 6.

Cfr. *Chr. Gottl. Heynii censura ingenii et morum Q. Aurelii Symmachi, cum memorabilibus ex ejus epistolarum libris.* Gotting. 1801. f. recus. in Ej. Opusc. academ. Vol. VI. Gotting. 1812. 8. et Progr. cl. *H. C. A. Eichstadii,* indici lectionum in universitate lit. Jenensi per aestatem a. 1816. instituendarum praefixum, in quo partim de editione *Maji* judicatur, partim vita fataque Symmachi narrantur. Quam de librorum Symmachi pretio et dignitate cl. Eichstadius tulit sententiam, ea nititur potissimum Symmachi ipsius, quod de se tulit, judicio (Epp. III. 11.). Hoc quidem nimis neglexit Angelus Majus, quapropter in collaudanda ejus eloquentia et dictione manifesto modum excessit. „Nam quid est, ait cl. *Eichstadius*, quod in orationibus ejus flagrantiam quandam mentis singularem exhollit, qua factum ait, ut altius saepissime resurgeret, quam quo communis dicendi facultas adspirare queat? Nonne is tumor potius est orationis, profectus ingenii quodam impetu, quem nulla judicii ratio et norma compescuisset atque coërcuisset?“

Ad §. 65.

AURELIUS AUGUSTINUS.

Ad pag. 662. lin. 12.

Aurelius Augustinus zwei Schriften von der wahren Religion und von den Sitten der kathol. Kirche. Mit Beilagen und Anmerk.

von Fried. Leopold Grafen zu Stollberg. Münster ap. Waldeck. 1803. maj. 8. (1 Thlr. 8 Gr.)

Aurel. Augustinus Betrachtungen, Alleinreden u. Handbüchlein. Uebers. von Adolph. Groeninger. ib. ap. eund. 1803. maj. 8. (16 Gr.)

Die Bekenntnisse des heil. Augustinus. Mit einem Anhang seiner fernern Lebensgeschichte. Monach. ap. Giel. 1814. 8. cum effigie Augustini.

Indigetis gloria, si quidem fieri potuit, magis etiam augere Augustinum studuit interpres, adeo ut ascetici libri vicem quodammodo praestare possit haec versio.

Ad §. 73.

SALVIANUS.

Ad pag. 689. sect. 5.

Chr. G. Heynii censura ingenii et doctrinae Salviani Massiliensis librique de gubernatione Dei, post similes Augustini Orosiique conatus, scripti. Gotting. 1806. f.

Ad §. 74.

VINCENTIUS LIRINENSIS.

Ad pag. 690. sect. 4.

Novissima editio est: *S. Vincentii Lerinensis commonitorium. Praemisit epistolam et prolegomena, ac notis illustravit Engelbr. Klüpfel* (Prof. Theol. Friburg.) Vindob. ap. Binz. (Lips. in Liebeskind. comm.) 1809. 8. (1 Thlr. 6 Gr.)

CAPUT VIII.

POETAE.

Ad §. 1.

Flavius Avianus.

Ad pag. 695. fin.

De codice Fabularum Aviani Lunensi, nunc primum collato. Obiter quaedam disputantur de fide fabularum Phaedri et Aviani. Auctore Frid. Hülsemann (Direct. schol. Osterod. ad Hercyniam). Gotting. ap. Danckwerts. 1807. maj. 8. (4 Gr.)

Codex iste latuit in monasterio *Lüne*, prope Lüneburgum, atque *Hülsemanno* videtur saeculo XIV. assignandus. Editor diligenter enumeravit variantes illius lectiones, quarum plures haudquaquam sunt despiciendae.

Ad §. 2.

Dionysius Cato.

Ad pag. 701. lin. 5.

Dionysii Catonis disticha de moribus ex recensione Arntzenii cum notis edidit Car. Henr. Tzschucke Lips. 1790. 12. (2 Gr.)

In linguam *germanicam* Catonis disticha versa et cum textu latino edita sunt Basil. 1780. 8.

Dionysius Cato moralische Distichen. Metrisch übers. und stark vermehrt durch einen Anhang von C. B. H. Pistorius. Stralsund. ap. Loeffler. 1816. 8.

Distiques de Caton en vers latins, grecs et français, suivis de quatrains de Pibrac, trad. en prose grecque; les tous avec des traductions interlinéaires ou litérales du grec. Paris. ap. Fuchs. 1802. 8. editore *A. M. H. Boulard.*

Ad §. 4.

TITUS (JULIUS) CALPURNIUS.

Ad pag. 705. sect. 4.

Novam textus recognitionem instituit praestantemque editionem paravit cl. *Beckius* (Prof. Lips.): *Titi Calpurnii Siculi Eclogae XI., recognovit, adnotationibus et glossario instruxit Christ. Dan. Beckius.* Lips. ap. Weigel. 1803. 8. (20 Gr.)

Nostra aetas tres tulit Calpurnii versiones germanicas:

Des Titus Calpurnius Siculus ländliche Gedichte, übersetzt und erläutert von Dr. Fried. Adelung. Petroburg. in libr. Schnoor. 1804. 4. (3 Thlr.) cum textu latino.

Titus Kalpurnius, von Sicilien, eilf erlesene Idyllen, übers., erkl. u. beurtheilt von C. Chr. G. Wiss. (Ph. D. et AA. LL. M.) Lips. ap. Schwickert. 1805. 8. (12 Gr.)

Des Titus Kalpurnius v. Sicilien eilf erlesene Idyllen, nach der Beckischen Recognition des Textes übersetzt, und mit diesem zugleich

herausgegeben von Gottlieb Ernst Klausen (Prof. et. Rect. Christianei reg. Alton.) Altonae ap. Hammerich. 1807. 8. (16 Gr.)

Harum trium versionum suas quaeque habet virtutes suaque vitia. Versio *Adelungii*, quae, id quod obiter monemus, reliquas vincit splendidiore habitu externo, fida plerumque est et elegans, atque cum legitima versuum structura, tum numerosa grataque verborum compositione dictionisque puritate multum praestat *Wissianae*, neque tamen, quod ad versuum attinet structuram, omnibus numeris est absoluta. Animadversiones sunt doctae, atque poetae intelligentiam bene adjuvant. In introductione de vita ingenioque Calpurnii disputatur. In *Wissiana* displicet sane aspera saepius et duritiarum plena versuum structura pariter ac dictio minus emendata et ingrata; praestat vero haec versio animadversionibus doctis, ad regendum constituendumque lectorum, inprimis inexercitatorum, de hujus poetae pretio judicium, maxime idoneis. Pari laude insignienda est introductio in poetae lectionem, versioni praemissa. Orationis tamen suavitate et sublimitate, accurata subtiliorum poetae Venerum perceptione, et faciliori ad summam et molliori versuum structura praecellit versio *Klausenii*, quae in eo vero cedit duabus superioribus, quod plane caret animadversionibus, quibus tamen in Calpurnio inexercitati praesertim lectores vix carere possint.

Ad §. 9.

D. Magnus Ausonius.

Ad pag. 721. lin. 4.

Ausonius Gedicht von der Mosel, in einer metrischen Uebersetzung mit erläuternden Anmerk. von Fr. Lassaulx, nebst dem lat. Grundtext. Coblent. ap. Lassaulx. 1802. maj. 8. (8 Gr.)

Chr. G. Heynii censura ingenii et morum D. Magni Ausonii, cum memorabilibus ex ejus scriptis. Gotting. 1802. f. recus. in Ej. Opusc. academ. vol. VI. Gotting. 1812. maj. 8.

Ad §. 11.

Claudius Claudianus.

Ad pag. 730. lin. 24.

Novissima operum Claudiani editio est, quam inchoavit necdum ad hucusque absolvit *G. L. Koenig:*

Cl. Claudiani quae exstant, recensuit perpetuaque adnotatione illustravit G. L. Koenig. Gotting. ap. Dietrich 1808. maj. 8. Tom. I. (2 Thlr. 6 Gr.)

Claudians Gedicht wider den Rufin. Uebersetzt und erläutert von J. F. Ratschky, nebst dem latein. Text. Vindob. 1801. maj. 8. (14 Gr.). Satis bona est versio.

Auctor versionis carminis de raptu Proserpinae (Hamb. 1784. 8.), quae notata est a b. *Harlesio*, est *Chr. Heinr. Schütze.*

Misera est versio: *Claudians Gedicht wider den Rufin, mit einiger Freiheit in deutsche Verse übersetzt von Myriander* (h. e. *Jo. Car. Niedermeyer*) Norimb. 1756. 8. ed. alt. ib. 1760. 8.

Libellus *Kretschmanni* ab *Harlesio* Suppl. Vol. II. p. 355. annotatus, repetitus est Zittav. ap. Schoeps. 1811. 8. (18 Gr.)

Gallice Claudianum vertit *de la Tour*; quando verò ejus versio prodierit, non satis exploratum habeo.

Ad §. 13.

CLAUDIUS RUTILIUS NUMATIANUS.

Ad pag. 740. lin. 21.

Novissima editio est: *Cl. Rutilii Numatiani Itinerarium cum selecta lectionis varietate atque integris notis Jo. Ge. Graevii et Theod. Jans. ab Almeloveen, nec non Gottl. Cortii, notarumque fragmenta in Rutilium cura Jo. Sigism. Gruber, qui et suas addidit annotationes. Acced. Jo. Chr. Kappii notitia liter. atque index locupletissimus.* Norimb. ap. Bauer. 1804. maj. 8. (14 Gr.)

Ad pag. 756.

BOETHIUS.

Chr. Gottl. Heynii censura ingenii et morum Anicii Manlii Torquati Sever. Boëthii, cum memorabilibus ex ejus scriptis. Gotting. 1806. f. recus. in Ej. Opusc. academ. Vol. VI. Gotting. 1812. maj. 8.

Ad pag. 762.

D. JUSTINIANUS.

Justiniani Institutionum Libri IV. Recensuit et indicem editionum adjecit Dr. Frid. Aug. Biener. Berol. ap. Hitzig. 1812. maj. 8. (1 Thlr.)

Justinians neue Verordnungen über die Intestaterbfolge, oder Versuch einer Uebersetzung der Novelle CXVIII., und der sie betreffenden Stellen der Novelle CXXVII., nebst dem griech. Text derselben, der Vulgate, Julians Interpretation, Hombergk's lat Uebersetzung, u. vergleichenden Anmerk. von Fr. Ortloff. Coburg. ap. Ahl. 1816. 8.

G. T. L. Marezoll Commentatio (praemio ornata) *de ordine institutionum.* Gotting. ap. Dietrich 1816. maj. 4.

Ad pag. 777.

EGINHARDUS.

Optime meruit de Eginhardo b. *Bredow* (Prof. quond. hist. acad. Vratislav.) in praeclara editione: *Eginhardi vita Caroli M. cum annotationibus et variis lectionibus edidit G. G. Bredow.* Helmstad. ap. Fleckeisen. 1806. 8. (1 Thlr.)

Cfr. *Carl der Grosse, wie Eginhart ihn beschrieben, die Legende ihn dargestellt, Neuere ihn beurtheilt haben, bei der Feyer seines tausendjährigen Gedächtnisses in Erinnerung gebracht von G. G. Bredow.* Alton. ap. Hammerich 1814. 8. (22 Gr.)

In hoc libro utili continentur: *Eginhardi vita Caroli M.* in linguam germanicam versa ab *J. G. Kunisch*, cum animadversionibus *Bredowii* (copiosissimis et maxime memorabilibus, quandoquidem b. *Bredow* codice ms. aliisque scriptis ineditis usus erat) pag. 31 — 96. — *Epitaphium Hadriani I.*, pontificis Rom., nomine Caroli M. scriptum ab *Alcuino*, germanice versum ab *J. G. Kunisch*, pag. 143 sq. — *Symbolae liter. criticae de Eginhardi vita et scriptis.* Illustrantur tantummodo quaedam maxime memorabilia ex ejus vita, variaeque virorum aliquot doctorum opiniones vel expenduntur, vel eorum errores corriguntur. Natum eum esse statuit editor circa a. 775 vel 776., mortuum circa a. 848. Lectu dignissimum est hoc libelli caput. pag. 147 — 206. — *De duobus Codd. Mss. vitae Caroli M., ab Eginhardo scriptae*, pag. 177. Hi Codd. Mss. asservantur in bibliotheca hist. Steinwehriana, adjuncta bibliothecae academicae Vratislav., et ad hucusque nondum collati sunt. Accurate eos descripsit editor, et fragmenta eorum variasque lectiones speciminis loco apposuit.

Cfr. *Jo. Car. Dippoldt* (Prof. quond. hist. Gymn. Gedan.) Diss. *de fontibus historiae Caroli M.* Lips. 1808. 4.

ADDENDA.

Pag. 13. lin. 19. post voc. *Münnich* insere: *Velleius* ab *A. H. Cludio.*

Pag. 33. lin. 3. adde: *Tomus VI.* prodiit Paris. 1813.

Pag. 66. post lin. 7. adde: *Fr. Guil. Ehrenfried. Rostii* Pr.: *De Plauti auctoritate ad faciendam rerum antiquarum fidem.* Lips. impr. ap. Staritz. 1816. 4. Haec auctoritas Plauto argumentis valde probabilibus abjudicatur.

Pag. 95. lin. 10. adde: *M. T. Ciceronis Trium orationum in Clodium et Curionem, de aere alieno Milonis, de Rege Alexandrino Fragmenta inedita, item ad tres praedictas orationes et ad alias Tullianas quatuor editas Commentarius antiquus ineditus, qui videtur Asconii Pediani, Scholia insuper antiqua et inedita, quae videntur excerpta e commentario deperdito ejusdem Asconii Pediani, ad alias rursus quatuor Ciceronis editas orationes. Omnia ex antiquissimis Mss. cum criticis notis edidit Angelus Majus.* Mediolan., typis Pirotae 1814. maj. 8. c. tabula aen. specimina charact. cod. exhibente.

Paulo post quam illa trium orationum Ciceronis (pro Scauro, Tullio et Flacco) fragmenta invenerat *Angelus Majus*, idem alium deprehendit codicem palimpsestum, itidem orationes Ciceronis olim complexum, posthac vero antiqua versione latina actorum concilii Chalcedonii rescriptum. Quarto vel quinto saeculo prior scriptura editori videtur assignanda. Exhibet hic codex fragmenta orationis Ciceronianae in *P. Clodium* et *Curionem*, orationis antehac prorsus incognitae *de aere alieno Milonis* A. U. 702 habitae, et orationis *de rege Alexandrino* sc. Ptolemaeo Aulete, ex Aegypto pulso, A. U. 698 habitae, cujus hucusque unus tantum exstabat versiculus. Ad omnes harum orationum partes codex ille exhibet antiquum commentarium satis plerumque copiosum, sed itidem mancum, qui cl. editori videtur esse *Asconii Pediani*. Ceterum hujus veteris commentarii fragmenta, ad alias Ciceronis orationes spectantia, cum ipsis orationum, ad quas pertinent, particulis, adjecit doctiss. editor, nimirum ad orat. *pro Archia*; *pro Sylla*, *pro Plancio*, *in Vatinium*. Denique ex alio codice decimi, ut videtur, saeculi, apposita sunt: *In orationes editas Tullianas Catilinariam*, *quartam et pro Marcello*, *pro Ligario*, *pro Dejotaro Scholia antiqua inedita*, *quae videntur excerpta e commentariis deperditis Asconii Pediani*, et *Argumentum librorum de officiis*, quod vero ora-

tionis dignitate cedit commentariis istis antiquis. Cl. editor ista omnia praeclaris animadversionibus cum criticis, tum historicis et philologicis illustravit.

Ceterum hoc loco videtur adhuc notandum, cel. *Niebuhrium* (August. Boruss. Reg. in aula Pontif. Rom. legatum extraord.) inter codices mss. bibliothecae Vatic. nuper admodum detexisse fragmentum orationis Tullianae *pro M. Rabirio*, ad hucusque incognitum, nec non fragmentum orationis *pro Plancio*, quae vero nondum typis impressa atque publici juris facta sunt.

Pag. 124. lin. ult. adde: *M. Greg. Theoph. Wernsdorfii* (Rect. schol. episc. Numburg.) Pr.: *De Codicis Vaticani in textu Ciceronis orationum Philippicarum restituendo magna auctoritate.* Numburg. 1814. 4. — Ejusdem *Specimen editionis Ciceronis orationum Philippicarum adornandae.* Lips. ap. Tauchnitz. 1816. — Specimini loco caput 2—8. orationis Philippicae secundae animadversionibus criticis et grammaticis illustravit.

In Ciceronis orationem *pro Plancio* nuper curas secundas scripsit *Garatoni*, doctus Italus.

Ad *Harles.* Notit. p. 225. lin. 22.

Pervigilium Veneris versibus trochaicis germanice vertit et illustravit *Antonius Moebius* (Conr. Detmold.) s. t.: *Die Nachtfeier der Venus. Latein. und deutsch, mit Anmerk. von Anton Moebius.* Soest. sumt. auctor. 1816. 8.

In constituendo contextu latino raro discessit ab *J. Chr. Wernsdorfio* (Poet. lat. min. III. p. 465. sq.), cujus etiam opinionem de auctore hujus poematii (sc. Luc. Annaeo Floro) amplexus est. Dimidium libelli implent animadversiones editoris, ad juvandam meliorem carminis intelligentiam peratiles.

Ad Notit. p. 350. lin. 21.

Jo. Reinoldi editio *Pomponii Melae* repetita atque, ut in titulo praedicatur, *accuratissime emendata* est Etonae 1814. 4. cum XXVI. tab. geogr. — Quod vero vel in hac nova editione codices mss., qui adhibiti sunt, non magis accurate indicati sunt atque descripti, quam in priori editione, de eo merito conquesti sunt viri docti.

INDEX.

A.

Aetna, carmen *Cornelio Severo* vulgo tributum. Pag. 227.
Albinovanus, C. Pedo. 226.
Ammianus Marcellinus. 342.
Antiquitatum Romanarum scriptores. 24.
Apicius, Coelius. 332.
Apulejus, Lucius. 329.
Archaeologiae Scriptores. 40.
Arnobius. 333.
Augustinus, Aurelius. 346.
Avianus, Flavius. 348.
Aurelius Victor. 340.
Ausonius, D. Magnus. 351.

B.

Boëthius, Anicius Manl. Torquatus. 352.

C.

Caesar, C. Julius. 129.
Calpurnius, Titus. 349.
Cato, Dionysius. 348.
Cato, M. Porcius. 58.
Catullus, C. Valerius. 167.
Celsus, C. Cornelius. 240.
Censorinus. 332.
Cicero, M. Tullius. 79.
Claudianus, Claudius. 351.
Collectiones Auctorum Romanorum. 11.
Cornelius Nepos. 133.

Critica opera in Scriptores Romanos. 15.
Curtius Rufus. 245.

D.

Dialogus de Oratoribus. v. *Tacitum* et *Quintilianum.*
Dionysius Cato. v. *Cato.*

E.

Eginhardus. 353.
Elegia ad M. Messalam. v. *Virgilium.*
Ennius, Quintus. 57.
Eutropius. 335.

F.

Florus, L. Annaeus. 269.
Fronto, M. Cornelius. 320.

G.

Geographiae veteris Scriptores recentiores. 37.
Grammaticae L. L. et libri ad eam spectantes. 44. 56.

H.

Historiae Romanae Scriptores recentiores. 34.
Horatius Flaccus, Q. 192.

I.

Justinus Frontinus. 318.
Justinianus, imperator. 353.
Juvenalis, Dec. Junius. 308.

L.

Lexica L. L. 44. 47. 54.
Literaturae Romanae Scriptores. 1. — Ejus praestantia. 10.
Livius, Titus. 155.
Lucanus, M. Annaeus. 302.
Lucilius. 74.
Lucretius Carus. 75.

M.

Manilius, Marcus. 229.
Marcellinus, Ammianus. 342.
Martialis, M. Valerius. 307.
Mela, Pomponius. 241.
Metricae artis Scriptores recentiores. 55.
Moretum. v. *Virgilium*.
Mythologiae Scriptores recentiores. 42.

N.

Nepos, Cornelius. 133.
Nonius Marcellus. 353.

O.

Ovidius Naso. 211.

P.

Paeanii Metaphrasis in Eutropium. v. *Eutropium*.
Persius Flaccus. 297.
Petronius Arbiter. 247.
Phaedrus. 275.
Plautus, M. Accius. 59.
Plinius Secundus major. 248.
Plinius Secundus junior. 265.
Propertius, S. Aurelius. 179.

Q.

Quintilianus, M. Fabius. 249.

R.

Rufus, Sextus. 334.
Rutilius Numatianus. 352.

S.

Sallustius Crispus. 148.
Salvianus. 347.
Seneca, Luc. Annaeus. 232.
Severus, Cornelius. 287.
Sextus Rufus. 334.

Solinus, Cajus Julius. 332.
Spartianus, Aelius. 333.
Statius, P. Papinius. 305.
Suetonius Tranquillus. 270.
Symmachus, Q. Aurelius. 343.
Syrus, Publius. 227.

T.

Tacitus, C. Cornelius. 252.
Terentius, Publ. 69.
Tibullus, Aulus. 172.

V.

Valerius Flaccus. 364.
Valerius Maximus. 240.
Varro, M. Terentius. 79.
Vegetius, Flavius. 341.
Vellejus Paterculus. 230.
Vibius Sequester. 343.
Victor, Aurelius. 340.
Vincentius Lirinensis. 347.
Virgilius Maro. 182.
Vitruvius Pollio. 164.
Ulpianus, Domitius. 330.

CORRIGENDA.

Pag. 54. lin. 30. pro *fonte* lege *fontes*.
— 121. — 4. pro *situa* lege *condi*.

CORRIGENDA.

Pag. 34. lin. 30. pro *fonte* lege *fontes.*
— 45. — 6. post *autem* excidit *multarum.*
— 50. — 7. pro (25 *Thlr.*) lege (30 *Thlr.* 16 *gr.*)
— 70. — 2. — *Galensis* — *Halensis.*
— ead. — 24. *tectionum* — *lectionum.*
— 118. — 3. lege *Ciceronianam.*
— 121. — 4. pro *situa-* lege *condi-.*
— 155. ult. — *venalis* — *venale.*
— 158. — 30. — *feré* — *fore.*
— 195. — 12. — *epistola* — *epistolam.*
— 225. — 14. — *opera* — *opere.*
— 234. — 2. — *Selennia* — *Solennia.*
— ead. — 5. — *Sanecae* — *Senecae.*
— ead. — 7. — *Omnio* — *Omnino.*
— 240. — 23. — *Maximas* — *Maximus.*
— 242. — 9. — *annea* — *aenea.*
— 244. — 18. post *additus* excidit *est.*
— 301. — 6. lege *praestat.*
— 323. — 30. pro *epistolae* lege *epistola.*

IN ADDENDIS.

Pag. 356. lin. 25. pro *Plancio* lege *M. Fontejo.*

Libri sequentes librariae *Weidmanniae* Lipsiae sumtibus sunt editi coëmtive pretiisque quae indicavimus venduntur.

Ammiani Marcellini quae supersunt. Cum notis integris Frid. *Lindenbrogii*, Henr. et Hadr. *Valesiorum* et Jac. *Gronovii*, quibus Thom. *Reinesii* quasdam et suas adjecit Jo. Augustin. *Wagner*. Editionem absolvit Car. Gottl. Aug. *Erfurdt*. III Tomi. 8 maj. 1808. Charta impress. 5 thlr. 12 gr.

— — Idem liber, charta script. 7 thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membran. (Velin). 12 thlr.

Ammiani Marcellini, Opera, ex recensione Valesio-Gronoviana per prosopographiam et Glossarium latinitatis ad studiosorum usus accommodata curante Aug. Guil. *Ernesti*. 8 maj. 1772. Charta scriptoria. 2 thlr. 12 gr.

Caesaris, C. Julii, Commentarii de bello gallico et civili, accedunt libri de bello Alexandrino, Africano et Hispaniensi, post *Cellarium* et S. F. N. *Morum* denuo curavit Jer. Jac. *Oberlinus*. 8 maj. 1805. Charta impress. 2 thlr. 12 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 5 thlr. 6 gr.

*— — Idem liber, charta belgica opt. 6 thlr.

Calpurnii, T. Siculi, Eclogae XI. Recognovit, adnotatione et Glossario instruxit Christ. Dan. *Beckius*. 8. 1802. 20 gr.

Ciceronis, M. Tullii, Epistolarum libri XVI, cum notis criticis Traug. Frid. *Benedicti*. II Tomi. 8. 1790. 2 thlr. 12 gr.

Ciceronis, M. T., de *Legibus*, Libri III. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit J. A. *Goerenz*. 8 maj. 1809. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta scriptor. gall. 1 thlr. 16 gr.

*— — Idem liber, charta membranacea. 2 thlr. 16 gr.

Ciceronis, M. T., *Academica*. Ex scriptis recens collatis etc. edidit J. A. *Goerenz*. 8 maj. 1810. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.

*— — Idem liber, charta membranacea. 3 thlr.

Ciceronis, M. T., de *Finibus* bonorum et malorum libri V. Ex scriptis recens collatis etc. edidit J. A. *Goerenz*, 8 maj. 1814. Charta impress. 2 thlr. 18 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 3 thlr. 8 gr.

*— — Idem liber, charta membranacea. 5 thlr.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02390 1021